GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



Mikrofilm-System-Vertrieb
Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard * - Euroskala Offset

Leibn. marg. 32

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover
Am Archive 1

G. W. Leibnitz

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [2] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [3] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [4] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [5] - -

Randnoten von G. W. Leibniz

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [6] - -

DANIELIS STAHLII

COMPENDIUM METAPHYSICÆ

In XXIV. Tabellas

redactum,

Nuncque post Auctoris obitum emendatiùs & auctiùs editum,

Adjectis Notarum locô Discursibus, quos ante quadriennium super istud privatim habuit,
Indiceque duplici.

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover
Am Archive 1

CVM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS.

JENÆ,
Typis & Sumtibus GEORGII SENGENVVALDI,
Anno M. DC. LV.

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [8] - -

ILLUSTRISSIMO CELSISSIMOQVE
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. FRIDERICO SENIORI,

RECTORI ACADEMIÆ JENENSIS MAGNIFICENTISSIMO,

Duci Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium,
Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Comiti Marcæ &
Ravenſpurgii Domino Ravenſtenii,
PRINCIPI ET DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO

Salutem cum humillimis obſequiis.

DEcem quaſi menſes elapſi ſunt, *Illuſtriſsime Princeps, Domine clementiſsime*, ex quô mortalitatis legi ſatisfecit B. noſter reſpectivè maritus & parens, orbiq; erudito inſigne ſui deſiderium obitu ſuo reliquit. Quod ipſum tempus quanquam per ſe ſatis erat nobis luctuoſum, tantò tamen majorem nobis ſolicitudinem peperit, quantò pluribus, qui conſilio & ope nos ſublevarent, nobis erat carendum. Videndum ergò cumprimis erat, ut dum opuſculorum Illius poſthumorum editionem parabamus, ſufficienti iſthæc præſidio communire ſtuderemus. Neque enim quenquam poteſt præterire, quantum ſibi juris avari nonnulli Typographi paſſim arrogaverint, modò hoc modò illud B. Viri ſcriptum nondum ſatis elaboratum inconſulto illo luci committere ſibi licere arbitrati; quorum retundendæ cupiditati S. Cæſ. Mejeſtas privilegium ad

decennium longè clementiſſimè conceſſit. Quando ergò ſub V. Illuſtriſs. Celſitud. regimine Academico iſta eſt feliciter inchoata editio, iſtæ potiſſimùm V. Illuſtriſſimæ Celſit. primitiæ debebantur; quæ quanquam nullo pacto quicquam de clementiſſimo Veſtro in nos affectu videbantur demereri; eâ tamen lege Illuſtriſſimum Veſtrum nomen ſibi præfigunt, ut, quùm viribus ulteriora præſtandi deſtituamur, illarum penuria promtiſſimâ V. Illuſtriſs. Celſit. humillima noſtra obſequia conteſtandi voluntate ſarciatur. Accipiat igitur V. Illuſtr. Celſit. tabellas haſce Metaphyſicas acceſſione notarum quarundam amplificatas clementi vultu, munuſculumq; non ex ſuâ quantitate, ſed offerentium animo metiatur, perſuaſiſſima, illud ſubmiſſorum noſtrorum obſequiorum teſtimonium ex animo humili devotôque proficiſci, ut, quanti V. Illuſtriſs. Celſit. pro eo ac debemus, æſtimemus, non inter notos ſolùm, ſed ignotos quoq; ſatis ſuperque conſtaret. Ex quò nihil quidem Veſtræ Illuſtriſs. Celſitudini accedere gloriæ fatemur, quin tamen noſtro iſti opuſculo poſſe inſignis gloria & autoritas contra invidorum præſertim obtrectationes, quæ virtutis ſolent eſſe comites, ſit adventura, nulli dubitantes. Quod ſupereſt, Illuſtriſſimæ Veſtræ Celſitudini, Sereniſſimis Parentibus, Illuſtriſſimæ Familiæ, totique adeò Illuſtriſſimæ Domui Saxonicæ vitam longævam, ſecundam valetudinem, proſpera quæq; & Principe digna omnia ſubmiſsè comprecamur, Illorum omnium Clementiis humillimè nos demiſsèque commendantes.

VESTRÆ ILLVSTRISS. CELSITVD.

JENÆ.
Ipſis Nonis Martiis
Anni cIↃ IↃc LV.

ſubjectiſſimi

deditiſſimi

Vidua & hæredes Stahliani.

LECTOR

LECTOR BENEVOLE,

ACcipis hic Tabellas Metaphysicas Excellentissimi Viri, & nostræ Universitatis olim magni ornamenti, DANIELIS STAHLII. Quas quidem mallemus ut ab Ipsius acciperes manibus: recognitas scilicet, & ex profundâ mediatione, cui incubuit adsiduè, emendatas atque auctas. Cùm enim triginta anni sint, quod eas conscripsit, nec tum temporis ullum edendi animum habuerit, nullum dubium est, quin si edidisset, ita edidisset, uti diximus, & ut Auctorem suum potuissent testari. Quoniam verò præstari hoc Viro Optimo ob invaletudinem oculorum, cum quâ conflictatus est usque ad beatum obitum suum, impossibile fuit, prodeunt hîc nunc, uti inter Ipsius manuscripta sunt repertæ. In quibus nihilominus tuæ expectationi satisfacere L. B. sedulò sumus adnisi. Cumq; illa exemplaria, quæ Francofurti ad Mœnum & Helmæstadii sunt excusa, innumeris mendis scatere viderimus, adeò, ut interdum vix verborum sensus supersit, non solùm laboravimus hîc omnia menda, omniaque aliena, quæ istis hinc inde inserta sunt, auferre, omissa restituere, & quæ Ipse Beatus Auctor partim in margine, partim in schedulis quibusdam annotavit, quodq; suo loco addere, inserere & corrigere; verùm etiam ut brevibus in Tabellis positis præceptis major lux adcedat, locò Commendarii vel Notarum adjecimus Discursus, quos super eas ante quadriennium privatim habuit, Studioslq; exceperunt. In quibus quidem si occurrerit aliquid (uti esse nonnulla, inficias non imus) acutissimi Auctoris indolem ac ἀκρίβειαν non redolens, forsan minùs rectè ab Auditoribus perceptum, chartisq; postmodùm commissum, illud ut festinanti calamo (quẽ errare facillimum est) adscribas, hunc autem laborem nostrum boni consulas, petimus. Sequentur proximâ occasione Institutiones Metaphysicæ, Regulæ Philosophicæ, & omnia quæ reliquit Vir celeberrimus scripta, partim jam olim, partim autem nunquàm hactenus excusa. His interim utere, & vale. Dab. Jenæ,

Non. Martiis. Annô à Christô natô

M DC LV.

AD BIBLIOPOLAS AC TYPOGRAPHOS.

CUm viderimus hactenus Institutiones ac Tabellas Metaphysicas DANIELIS STAHLII pluribus in locis impressas; fama etiam ferat, aliorum Ejus scriptorum editionem quosdam moliri, consultum duximus Clementissimum Sacræ Cæsareæ Majestatis Privilegium hîc adponere, & ut abstineant à propositô, omnes ac singulos monere. Est autem istud hoc:

FERDINANDVS TERTIVS DIVINA FAVENTE CLEmentiâ, Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirttembergæ, Comes Tirolis, &c. Quum Nobis Noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus, Magister Daniel Stahl, Philosophiæ in Jenensi Academiâ Professor, humillimè exposuerit, posteaquam ipse ab aliquot inde usque annis Studiosæ juventuti in Philosophicis atqui humanioribus disciplinis diversos tractatus successivè prælegerit dictaritq;, repertos esse quosdam Bibliopolas & Typographos, qui ipso inscio atque ingratiis suis ejusmodi opuscula nondum à se recognita neq; emendata privati sui commodi ac lucri causâ sub alieno nomine in publicam lucem edere non sint veriti, seq; non ita pridem intellexisse, quod eadem opuscula sub suâ tanquam Autoris nomenclatione evulgare intendant. Adeoque sibi eadem recognoscendi & ad secundarum curarum incudem revocandi ac retractandi necessitatem fuisse impositam, quippe qui ea suo sub nomine deinceps editurus sit, prout jam primam partem Quæstionum Logicarum ediderit. Atque ita Nobis submississimè pariter atque enixissimè supplicârit, ut ipsum adversus id genus lucripetarum alienis laboribus insidiantium, quæstuiq; proprio vel cum aliorum insigni noxâ ac jacturâ inhiantium cupiditatem ac fraudem Cæsarei nostri Diplomatis præsidio munire clementer dignaremur. Nos itaque prædicti Magistri Danielis Stahl precibus tanquam rationi & æquitati consentaneis, tantò annuimus facilius, quantò censemus indignius eum, qui rem litterariam publicam suis vigiliis & lucubrationibus gnaviter suscipit juvandam, operæ suæ fructu præmioque defraudari. Adeoq; prudentes scientes, atque animo deliberato, & Cæsareâ Nostrâ autoritate ac potestate omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, & omnibus quibuscunque librariam negotiationem exercentibus, tenore præsentium seriò inhibemus, interdicimus ac vetamus, ne quisquam eorum prædicti Magistri Danielis Stahl Philosophica aliaque in humanioribus litteris elaborata opuscula inter decennium à primâ editionis die proximè consequens computandum, in Sacri Romani Imperii, Regnorumque, Provinciarum, ac Dominiorum nostrorum hæreditariorum finibus, simili vel alio typo, charactere formâve, in toto sive in parte imprimere, recudere, vel aliò imprimendum recudendumve dare, vel alibi etiam impressa importare, adducere, venundare aut distra-

distrahere, clàm vel palàm, citra voluntatem ac consensum sæpè dicti Magistri Stahl, *ejusve hæredum, ausit præsumatve. Si quis autem secus faxit, & interdictum hoc Nostrum temerario quodam ausu negligere, transgredi, ac violare non fuerit veritus, is* non solùm hujusmodi libris, *perperàm quippe impressis, recusis, atque importatis, quos quidem antedictus* Stahl *ipsiusve hæredes ubicunque deprehensos vel propriâ authoritate, vel Magistratus loci illius auxilio apprehendere sibique vindicare poterant,* de facto privari, sed decem quoque marcarum auri puri puti probi, *ex semisse Ærario sive Fisco Nostro Imperiali fraudis vindici, ex altero verò semisse sæpè memorato* Danieli Stahl, *ejusque hæredibus omni spe veniæ præcisâ pendendarum mulctam dare damnas esto; dummodò tamen præfati libri nihil bonis moribus contrarium, aut Cæsareæ Nostræ authoritati & Sacri Imperii constitutionibus adversum in se contineant. Hâc insuper lege adjectâ, ut ipse* Stahl *quaterna aut minus cujusque Operis ac libri exemplaria statim post finitam editionem suis sumptibus ad Imperialem Nostram Cancellariam ejusdem constituto Taxatori transmittat, quod si neglexerit, hâc nostrâ gratia & privilegio neutiquam gaudere possit, sed eo statim privatus & exutus esse censeatur. Mandamus itaque universis ac singulis Nostris & Sacri Imperii Regnorumq́, Ditionum, ac Dominiorum nostrorum hæreditariorum subditis, cujuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, aut fortunæ existant, tàm Ecclesiasticis quàm secularibus, præsertim verò iis, qui in Magistratu constituti, vel proprio, vel superiorum nomine ac vice jus dicunt, justitiæq́ exercent administrationem, ne quemquam privilegium & interdictum hoc Nostrum Cæsareum temerè & impune transgredi aut violare patiantur. Quin potiùs contumaces si quos forte compererint, præscriptâ pœnâ mulctari, aliisque modis idoneis curent coërceri, ni gravissimam Nostram indignationem incurrere, & eandem mulctam pendere voluerint. Harum testimonio litterarum Manus nostræ subscriptione, & Sigilli Nostri Cæsarei impressione corroboratarum. Quæ dabantur in Civitate Nostrâ Imperiali Ratisbonæ, die octavâ Februarii, Anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, Regnorum nostrorum decimo septimo, Hungarici vigesimo, Bohemici verò vigesimo sexto.*

FERDINANDUS.

FERDINANDUS COMES CURCIUS.

L. S.

Ad mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium

J. VValderode.

Menda licet omnia tollere laboraverimus, vidimus tamen nonnulla remansisse. Potiora in relectione observata adnotavimus, quæ emendare Lector Benevolus potest.

PAg. 33. b. lin. 5. pro *dicitur*, lege *dicatur*. ibid. 6. *Deum*. *Sed* 34. b. 28. *pervulgatissima*. 37. a. 10. *prædicamentorum*. ibid. b. antepenult. *nec* 39. b. 23. post votem *DEUS* adde: *Ergò de Deo nihil prædicatur denominativè*. ib. 39 *prædicationes*. ib. penult *est nonnunquàm, quòd*. 41. a. 1. *declarandas*. ibid. b. 7. *præterea*. 42. b. 38. *producere*. ib. 43 *Filius*. 43. a. 10. *objectivam*. 45. a 11. *appetitus consideratur*. ib. 25. *augmentatrix*. 48. a. 29. *effecit*. 54. b. 8. *principiatum*. 56. b. 30. *quatenus*. 58. a. 16. *sunt* 61. a. 26. *formas*. ib. b. 6. *integrale*. ib. 27. *ubi*. 62. a. 1. *nobilis* 64. a. 15 *voluntate*. ib b. 35 *quæ secundum aliquos* ib. 38. *qualitas vel potentia*. 66. a. 23. *efficiuntur*. ib b. 25 *ultimum*. ib. 46 *veritas* 80. b. 34. *manu*. 85 b. 28. *distinguuntur*. 92. b. 5. *homo benè vel non benè*. ibid. 11. *unum*. 93. a. antepen. *Rectè traditur post doctrinam*. ib. b. 53 *uti*. 94. b. 31. *Rhadâ Parte I. Controv*. 27. *pag*. 426 *b* ib. 52. *melior ipsa, quàm*. 65. b. 19. *imperfectionem*. Hæc nos observavimus. Si alia plura sunt, facilè excusationem invenient.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN-Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [14] - -

A.

DE CONSTITUTIONE METAPHYSICÆ.

Metaphysicam tradituro in ejus constitutione attendenda sunt duo:

- Nomen, cujus
  - *Etymologia* est, quod dicatur quasi μετὰ τὰ Φυσικὰ, quod *post Physicam sive scientiam rerum naturalium demum inventa sit.* Alii putant, τὸ μετὰ exponi quoque posse per *suprà*, propterea, quòd *ea, quæ in hâc scientiâ tractantur, superiora sint rebus naturalibus.*
  - *Significatio:* est disciplina quædam contemplatrix, distincta à Physicâ & scientiis Mathematicis, tanquam universalis à particularibus, *6. Met. Cap. 1.*
  - *Synonymia* & tituli, quibus ab Aristotele insignitur & sunt, quod vocatur
    - Prima Philosophia, *VI metaph. cap. I. I. Physic. t. 82. & II. Physic. t. 26.*
    - Philosophia absolutè, *IV. metaph. cap. 2. & 3.*
    - ἡ τοῦ Φιλοσόφου ἐπιστήμη, *IV. Metaph. c. 3. in.*
    - Sapientia, *I. Metaph. cap. 2. init.*
    - Theologia, *VI. Metaph. cap. 1.*
    - Scientiarum maximè princeps, cui cæteras scientias tanquam ancillas non contradicere decet, *I. Metaph. cap. 2. & lib. III. cap. 2.*
    - Omnium domina, *I. poster.*
    - Scientia honoratissima, *III. Metaph. cap. 2.*
- Res ipsa, ubi proponenda
  - *Definitio* quæ cõstat
    - *Genere*, quod est *scientia contemplatrix.*
    - *Differentia* petita ab objecto, quod est *Ens, quoad prædicatare & ratione* à materia sensibili abstracta.
  - *Divisio* in partes, quæ sunt
    - *Universalis*, quæ agit de Ente in sua latitudine & quatenus Ens est.
    - *Particularis*, quæ descendit ad rationes speciales Entis, ut substantiæ & accidentium.

Posseuinus putat Aristotelem libb. suis Metaphysicis nomen non reliquisse, sed appellasse primam Philosophiam, unde saepe citat, eos, qui libros nunc non extare. Et compilatores & coordinatores eorum Librorum, qui Physicâ sequuntur, quæ in certum ordinem librorum referre non poterant in manu gestasse, & eum tractare, affirmâ Terminos abstractos viderentur, eam, tanq; post Physicam collocata sit nella Φυσικὰ appellatisse.

Metaphysica est s. Prima Philosophia vel Systema Theorematum, s. Theorema a. 6. pro. B. TAB. II.
põ vera etiamsi nihil constare, sed tantum hypothetica, a. e. hypotheticas resolubiles. Sed theoremata phi-
losophiam primam Scharfii, Fabri, & Scimi rationum universalium, vel Pl. Mosnerii, & Th. Hobbii qui suum opus de cor-
pore, qui duas partes in philosophiam primam, s. abstractam ab existentia, & physicam s. causas rerum in Elementis sum-
tum dicit. Metaphysica est pura variis opp. & finis & definitionibus; physica fundata primis Sensu.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [15] - 3

B. TAB. II. De Ente.

I. Synonyma; quæ vulgò dicuntur Res & Aliquid. Verùm, quid de hoc posteriori sentiendum sit, paulò post exponetur.

II. Distinctiones, quorũ Entis considerandæ sunt

- Prima, ut notat Thom. *de Ente & Essentiâ, cap. 1. ex 5. met. cap. 5.* Ens accipitur
  - 1. Pro Ente per se, quod complectitur figuras prædicationis, sive ut Thomas loquitur, quod dividitur per decem genera prædicamentorum. Averroës dicit: Ens ratione hâc acceptum significare Substantiam (essentiam) rei. Et hoc modo, ut idem Thomas ait ibidem, non potest dici aliquid, quòd sit Ens, nisi in re aliquid ponat (quod propterea usitata voce dicitur positivum) ut homo, lapis, calor, frigus. Dixit autem Aristoteles Ens per se, ad differentiam Entis per accidens aggregati ex rebus diversorum prædicamentorum, quale est, homo Musicus, ut ait in cit. c. Thomæ Cajetanus, *vide Tab. O. & P.*
  - 2. Ut significat veritatem propositionum, uti loquitur Thomas, quo modo, licèt is aliter exponat, Ens nobis idem est, quod Verum, quâ significatione etiam sumitur *VI. metaph. cap. 2. t. 3. IX. met. t. 21.* Ut Ens est, si dicas, ignem esse calidum, aut ignem non esse frigidum.
- Secunda: passim docet Autores Ens sumi
  - *Participialiter*, uti loquuntur, seu ut est participium verbi Sum. Cumque Sum idem sit, quod existo, participium ejus Ens idem erit, quod existens, seu id quod actu est. Hoc modo Entia sunt Cœlum, terra, homo, equus, calor, frigus: Hæc enim omnia sunt actu in rerum natura.
  - *Nominaliter*, tanquam nomen, quomodo rem ratione suæ essentiæ, non habita ratione actualis existentiæ significare, & sic rosam in hyeme ens esse volunt. Potest id ad hunc quoque modum explicari, quòd ens acceptum ut nomen sit id, quod non repugnat existere, sive quod potest esse, & complectitur tum ea, quæ sunt, sive existunt, qualia diximus esse cœlum, terram, hominem, &c. quæcunque enim sunt, possunt esse, sicut qui ambulat, potest ambulare, & quod calidum est, potest esse calidum; tum ea, quæ sunt potentiâ, hoc est, non sunt; possunt tamen esse, ut homo elapso 9. mensium spatio nasciturus, calor, quo crastino die hæc vel illa aqua reddetur calida.
- Tertia, Ens distinguitur in
  - *Ens rationis*, & dicitur id, quod tantùm habet esse objectivè in intellectu. Quod ut intelligatur, sciendum est, tribus modis aliquid esse in intellectu:
    - *I. Subjectivè*, sive ut accidens in subjectô, quomodo in intellectu sunt scientiarum habitus & operationes ejus. Habet enim intellectus accidentia sibi tanquam subjecto inhærentia. Et hic modus est propriissimè ita dictus.
    - *II. Effectivè*, sive ut in causâ efficiente, quomodo ea, quæ per intellectum efficiuntur, ipsi inesse dicuntur, quorum quidem nonnulla etiam ei, ut subjecto inhærent, ut actus seu operationes ejus; alia autem ei hôc modo non insunt, sed revera extra eum existunt, ut Scriptura, domus, lectus.
    - *III. Objectivè*, quod est esse actu objectum intellectus. Est autem aliquid actu objectũ intellectus, formaliter per hoc, quod ab intellectu cognoscitur aut concipitur, sicut aliquid est actu objectum visus quod per eum videtur. Fit autem & hoc bifariam:
      - I. Vel enim est aliquid in intellectu ita, ut citra hoc, quod est objectum intellectus, aliquid sit. Ut cœlũ, homo, frigus, calor objiciuntur quidem intellectui, dum ab eo cognoscuntur, sed præter hoc sunt etiam in rerum natura, & propterea ~~non~~ sunt Entia realia.
      - II. Vel ut citra hoc, quod est objectum intellectus, non sit. Et per hunc modum est objectivè in intellectu Ens rationis: ut σιδηρέξυλον, homo irrationalis.
  - *Ens reale*, quod est citra mentis operationem, i.e. citra hoc, quod est objectivè in intellectu, ut Sol, aqua, calor.

*

Ens ei potentiâ existendi dicit Ens: Nam aliqs fingit, Deũ non posse facere ut Ens sint non Ens, i.e. an, III. Oppõ nihileth. Satis ipse dicam id non ē Ens, et dicam Ens ē potentiâ hanc alienate, ut mundi potentia, non est mundus. Ita. volunt pleri jam Neoterici: Ens potentiâ, debēt explicare ens in potentiâ ad ēns, sic ad hō existēs.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32; Leibn. Marg. 32, [16] - 4

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [17] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32 Leibn. Marg. 32, [18] - -

* III. Oppositū, quod est non Ens, cujus
- I. Synonymum, vulgò habetur τὸ nihil. Sed quamvis nihil non rarò idem valeat, quod non ens, ut re ctè exponatur per non ens, utsi dicas: οὐδὲν ὄν ἔστιν est non ens, id est nihil; non ubique tamen hæc interpretatio locum habet; sed sæpè idem est, quod nullum Ens, aut nulla res. Ut quando *Nihil est ab omni parte beatum*, ait Poëta, *nihil est causa sui ipsius*, dicunt Philosophi. Quæ falsò & ineptè interpretaberis sic: *Non-ens est ab omni parte beatum: Non-ens est causa sui ipsius.* Rectissimè autem sic: *nulla res est ab omni parte beata: nulla res est causa sui ipsius.* Item, *Ex nihilo nihil fit*, decantatissimum est Philosophorum axioma, ubi τὸ *ex nihilo*, idem sonare, quòd τὸ *ex non Ente*, res ipsa loquitur; sed nominativum, *nihil*, inconvenienter mutabis cum voce *non Ens*. An enim verum, aut sensus axiomatis est: *Ex non Ente non Ens fit*? Quòd si dixeris: *Ex non Ente nullum Ens, vel nulla res fit*, congrua interpretatio est, idque sentiunt omnes, qui illâ propositione utuntur. Atque ex his de voce *Aliquid* ita philosophandum videtur: cùm τὸ *aliquid* opponatur τῷ *nihil*, & verò τὸ *nihil* idem jam valeat, quod *non Ens*, jam idem quod nullum Ens: τὸ aliquid quoque nunc idem erit, quod Ens; interdum idem, quod aliquod Ens: Ut enim non Enti opponitur Ens; ita τὸ nullum Ens opponitur τῷ aliquod ens
- II. Notandæ sunt diversæ acceptiones. Sumitur enim jam, ut opponitur
  - vero, atque ita idem est, quod falsum, locis suprà citatis, nempe *V. Met. cap. 7. VI. Met. c. 2. t. 18. IX. Met. c. 4. t. 21.* & præterea *I. post c. 2. t. 10.*
  - Ei, quod est vel existit, quod iterum dupliciter sumi, res ipsa loquitur, nempè
    1. pro eô, quod potest esse, cùm actu non sit,
    2. pro eô, quod nec actu est, nec esse potest

IV. Principia, quæ duplicia:
- *Essendi*, & talia Ens non agnoscit, quod vel inde perspicuum est, quod Ens in sua latitudine Deum complectitur, cui principia essendi tribui nequeunt.
- *Cognoscendi*: Et hæc Ens habet, eorumque omnium primum est hoc; *Impossibile est idem simul esse & non esse*, & quod ipsi cognatum, *Quodlibet est, vel non est*:

V. Attributa, quæ sunt vel
- *Disjuncta*, quæ non nisi cum disjunctione cum Ente reciprocantur, & conveniunt Enti vel
  - *Immediatè*, id est, non mediante attributo simplici, qualia sunt:
    1. Esse *potentiâ* C. *vel actu* D.
    2. *Principium* vel *principiatum*, E. sub quô continetur.
    3. *Causa* & *causatum*, de quibus F. G. H. I, K. L.
    4. *Necessarium* M. vel *Contingens* N.
  - *Mediatè*, id est, mediante attributo simplici, nempe unitatis, cujus ratione Ens est
    1. *per se* vel *per accidens* P.
    2. *Simplex* vel *Compositum*, Q. quo pertinet *Totum & Pars* R & S.
    3. *Universale* vel *Singulare*, T. *Idem* vel *Diversum*, V. quo pertinet doctrina *de generibus distinctionum* W.
- *Simplicia*, quæ simpliciter & sine disjunctione cum Ente reciprocantur, quæ vulgò constituuntur
  1. *Unum* O.
  2. *Verum* X.
  3. *Bonum* Y. cui subjicimus
  4. doctrinam *de Perfecto*. Z.

C. TAB. III. De Potentiâ.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [22] - -

* a b c II. *Passivam*, quæ secundùm Aristotelem est *principium transmutationis factæ ab alio, aut quatenus aliud*: ut potentia, quâ æger curatur à medico. Quod si æger curatur à seipso, non curatur ut ab ægro, sed ut à Medico, quando idem simul medicus est & æger: Alii illius (quam & *subjectivam* & *receptivam* nonnulli vocant) latiorem descriptionem assignant, asserentes, *esse id, quò aliquid aptum est recipere aliquid, vel aliquam formam.*

Tertiâ in: *Activam vel passivam simpliciter*, sicut ambulare dicitur posse, tàm qui benè, quàm qui malè ambulat.

Tertiâ in: *Activam vel passivam benè & perfectè.* Qui enim imperfectè aliquid potest, is non rarò dicitur non posse, *IX. Metaph. c. 1.*

Quartâ in: *Activam vel passivam purè talem.* Ut est omnipotentia Dei, quæ purè activa est, & potentia materiæ primæ, quæ purè passiva statuitur.

Quartâ in: *Activam & passivam simul.* Ut e. gr. est potentia videndi, loquendi, ambulandi & similes, quæ actiones quidem sunt, sed passivæ simul.

Quintâ in: *Universalem*, quæ *indifferenter plures respicit actus*: qualis est *potentia passiva* materiæ primæ in suâ essentiâ consideratæ, quæ apta nata est recipere omnes formas. Talis quoque est *potentia activa* Solis, quâ concurrit ad omnium vel plurimarum rerum generationem.

Quintâ in: *Particularem*, quæ *restricta est ad certum actum*, qualis est *potentia passiva* materiæ, ut per dispositiones ab agente in ea productas est apta ad hanc formam, E. g. aquæ, & non aeris vel alterius corporis; qualis est & vis πλαστικὴ in semine, e. g. humanò vel caninò.

Sextâ in: *Proximam, quæ immediatè potest deduci in actum*, qualis est in chylo, ut ex eo fiat sanguis: & habitus sciendi, respectu actus contemplandi.

Sextâ in: *Remotam, quæ non nisi intervenientè uno aut pluribus aliis actibus potest deduci in actum*, qualis est in eo, qui rudis est Scientiarum, discit autem respectu actus contemplandi, prius enim necesse, est ut habitum scientiæ acquirat, quàm contempletur.

Septimâ in: *Naturalem, quæ viribus naturæ citra specialem Dei operationem ad actum deduci potest*: ut quòd ex vite vinum nascitur, & intellectus res naturales cognoscere possit.

Septimâ in: *Obedientialem, quæ non potest traduci in actum viribus naturæ, sed per potentiam divinam aut supernaturalem specialiter agentem*: qualis est e. g. in aquâ, quatenus Deus eam convertere potest in vinum, & in ventò ac mari, quatenus Christò increpante quieverunt; & in nostrò intellectu, quatenus potest videre Deum.

II. Notandum, aliud esse,
- *Esse potentiâ, δυνάμει*; quod complectitur duo, (1.) *potentiam ipsam*, & (2.) *negationem actus*, Est enim *non esse actu, cum esse possit*; ut e. g. dormiens dicitur videre potentiâ, & puer eruditus *potentiâ*.
- *Potentiam ipsam, δύναμιν*, quod in suâ naturâ abstrahit *ab actu & negatione actus*: sicuti ambulare quis posse dicitur, sive ambuler, sive non; visumque habet, & videre posse dicitur, tum qui videt actu, tum qui dormit.

III. Dicendum de opposito, quod est *Impotentia*. Hæc sumitur vel
- *I. Negativè*, nempe cum tribuitur *subjecto actûs planè non capaci*, ut si lapidi tribuas impotentiam videndi vel generandi, quod fit admodum impropriè.
- *II. Privativè*, cùm tribuitur *subjecto per naturam suam capaci*, idque eo tempore
  - *Quo nondum est capax*: sicut infanti impotentiam generandi aut discendi si tribuas.
  - *Quò est capax*: quomodo impotentia generandi in Eunuchò est, qui modus est propriissimus.
- *III. Positivè*, pro ipsâ potentiâ, sed imperfectâ, & ita aliquid privationis adjunctum habet. Sumiturque sic in prædicamentò Qualitatis.

II. Concreti, quod est *Possibile*. Cujus notanda
- I. *Distinctio*: Sumitur enim vel ut opponitur
  - *tantum impossibili*; Et sic non contingens tantùm, sed & necessarium comprehendit, & *est id, quòd posito in actu nihil evenit impossibile*, *IX. Met. c. 3.* Et sic possibile est, Deum esse, hominem esse animal, posse videre.
  - *non impossibili tantùm, sed & necessario*, & complectitur tantùm contingens, *quod scilicet potest esse & non esse.* Et sic non rectè in possibilibus ponitur, Deum esse, hominem esse animal.
- II. *Oppositum*, quod est *impossibile*. Estque tale vel
  - *I. Per se, quod in omni eventu & quocunque modo est impossibile*; vel *quod implicat contradictionem*; aut ut Aristoteles *V. Met. c. 1. 2.* describit, *cujus contrarium est necessariò verum.* Et tale est, hominem esse lapidem, Deum esse injustum.
  - *II. Per accidens, quod ex natura rei & in omni eventu non est impossibile*, redditur tamen *impossibile in aliquo eventu, sive ex hypothesi*: Sic Adamum non peccasse, in se non est impossibile, posito tamen, quòd peccavit, est impossibile, eum non peccasse.

D. TAB. IV. De Actu.

In doctrinâ *Actûs*

I. Proponendæ sunt distinctiones.

I. Sumitur vel
- *Absolutè*, & significat *Substantiam simplicem completam*, qualis est Deus & Angeli.
- *Respectivè*, estque id, *quod respectum importat ad potentiam, & per quod aliquid definit esse in potentiâ.* Vel potest ex Aristotele 9. *Metaph. t. 11.* paucis mutatis dici id, *quô res non ita se habet, quemadmodum potentiâ esse dicimus*, ut e. gr. Qui rudis est adhuc alicujus artis, est potentiâ artifex, cum autem artis habitum sibi acquisivit, non amplius est artifex potentiâ. Ita etiam visio, sive actus videndi: qui enim dormit, potentiâ videt; sed cum excitatus à somnô, actu videt, non amplius est potentiâ videns.

II. est vel
- 1. *Purus*, qui *excludit omnem potentiam passivam*; non autem activam, quia pati imperfectionis est, agere autem nullam imperfectionem importat. Talis est solus Deus. Angeli autem non sunt actus puri, quia habent potentiam passivam quoad existere: possent enim non existere; & deinde etiam quoad perfectiones accidentales: possent enim plura cognoscere & amare.
- 2. *Non purus*, qui *non est alienus ab omni passione*, quales sunt omnes alii actus: Angeli & animæ rationales, &c.

III. est vel
- 1. *Formalis*, qui respondet potentiæ passivæ vel receptivæ, eamque complet, ut quælibet forma informans materiam & subjectum aliquod, sive substantialis sit, ut anima, sive accidentalis, ut calor.
- *Entitativus*, qui nihil est aliud, quàm id, quod vulgò vocatur *existentia, per quod* nimirum *res est extra nihil*, vel *extra suas causas*. Quod posterius verum est de omni existentia rei creatæ: nam Deus existit, qui tamen nullas agnoscit causas. Opponitur *potentiæ objectivæ.*

IV. est vel
- 1. *Primus*, qui est *forma vel natura aliqua, quatenus potest esse principium operationis alicujus*, ut anima, habitus, scientia, visus. Ex quo patet, scientiam ipsam, à qua operatio aliqua procedit, esse actum primum.
- 2. *Secundus*, qui est *ipsa operatio naturæ vel formæ alicujus*, ut, Nutritio, accretio, visio, quæ sunt operationes animæ; contemplatio, quæ est actus scientiæ.

V. est vel
- 1. *Signatus*, per quem nihil aliud videtur denotari, quàm *ratio formalis, vel natura rei, & quæ ad eam pertinent.* Ita Logicus considerat Syllogismum in actu signato, quia explicat, quid sit, quæ ad ejus constitutionem requirantur, quot ejus sint figuræ & modi. Considerat in actu signato genus, quia, quid sit & quotuplex, considerat.
- 2. *Exercitus*, per quem nihil aliud videtur significari, quàm *natura & ratio formalis rei* non in se, sed *ut aliquibus inest.* Sic Theologus, Jurisconsultus, &c. considerant Syllogismum in actu exercito, quando v. g. in materia de persona Christi, aut de matrimonio formatum considerant. Considerant & genus in actu exercito, quia agunt de Sacramento & adoptione, quæ sunt genera.

II. Notandum, quòd aliud sit, aliquid esse
- I. *Actu*, sic homo non est actus, sed aliquid constans ex actu & potentia, & sic est actu.
- II. *Actum.* Hic enim est *id, per quod aliquid dicitur esse actu*, sicut anima rationalis est id, per quod aliquid est actu homo, & scientia est id, per quod aliquis est actu sciens.

III. Exponendum, quomodo *potentiæ opponatur.* Dicimus actum *opponi potentiæ ratione adjunctæ privationis*, sicut supra diximus, *Esse potentiâ* duo inferre, nempe & *potentiam* & *privationem actus.* Ratione igitur hujus posterioris ipsi opponitur, patetque inde, *oppositionem esse privativam.*

E. TAB. V.

Signum Antecedens Consequentis l. consequens Antecedentis quod plerumq; antecedit l. qsq; exprobi sumy. Hobb. st Logg. P. 1. c. 2. n. a. 5th
l. mutua l. reciproca.
Nota est propositio, antitheti nyam adhibitur, cuius opē copulae quam sabiungit: l. ei similis reciproca.

Causa Sine qua non A. causatum B. ea ē est A sine qua B ēē non pt. hanc tū A simil B. Polany Synt. Log. I. c. 32 sch 2. et plura ibi dicta autores. Sed ni patry prudentium deferibere!

E. TAB. V.

De Principio & Principiato.

Principium secundum *Thom. p. 1. q. 33. a. 1.* est id, *Unde aliquid quocunque modo procedit.* Secundum Aristotelē *5. Met. c. 1.* id, *Unde aliquid est aut fit aut cognoscitur.* In qua definitione generalis simul divisio continetur. Est igitur principium

I. vel

- *I. Essendi, seu rei in esse suo consideratæ, illud nimirum, unde res in esse suo dependet, quando jam facta est, & quamdiu est:* qualia sunt materia & forma, respectu substantiæ corporeæ, v. g. anima sentiens & corpus organicum respectu animalis.
- *II. Rei in fieri*, ut privatio in Physicis.

III. Cognoscendi vel rei ut cognoscitur, quod sumitur vel

- I. *Absolutè*, & sic complectitur & principia essendi, cùm unde res dependet in esse, ab eō etiam dependeat in cognosci. Estque vel
  - *Complexum*, integra scilicet propositio, ut Major & Minor in Syllogismō, & principia generalissima, v. g. impossibile est idem simul esse & non esse.
  - *Incomplexum*, ut terminus medius in demonstratione, imō in quōvis Syllogismō.
- II. *Exclusivè*, nempe *pro principio cognoscendi tantum, quod* nimirum *non est simul principium rei in esse aut in fieri*, ut effectus & accidentia, quatenus ex notitiā eorum pervenimus in cognitionem causæ & subjecti. Item universalissimum illud: *Impossibile est idem simul esse, & non esse*: Et illa: *Si ab æqualibus æqualia removeas, quæ remanent, erunt æqualia; Totum est majus suâ parte*, &c.

II. aliud

- Principium *quod, cui sumto in casu recto, aut modo æquipollente, tribuitur verbum significans id, cujus est principium.* Et ut plurimum est aliquod suppositum, ut architectus respectu ædificationis, & homo respectu apprehensionis; architectus enim est id, quod ædificat, homo id, quod apprehendit.
- Principium, *quo, id, cui sumto in casu auferendi, aut modo æquipollente connecti tur verbum, denotans id, cujus est principium.* Et licet non semper, ut plurimùm tamen est natura vel forma aliqua, sive substantialis sit, sive accidentalis, aut etiam pars aliqua integralis, vel instrumentum. Sic quō ædificat architectus est ars, quæ dicitur οἰκοδομικὴ, & manus est id, quō homo apprehendit aliquid. Item ars, dicta κυβερνήτικὴ, manus & temo, est id, quō gubernatur navis. Dicimusque: Gubernator arte, manu, temone gubernat navim. Ubi tamen sciendum, non semper ita distingui principium *quod* & *quo*: sicut *anima est id, quo cognoscimus*, & tamen Aristoteles *3. de anima c. 4. in principio* dicit, *animam esse id, quod cognoscit.*

III. quoddam

- Est *causa*, quæ vulgò dicitur *principium influens esse in aliud*, & dividitur in
  - *Genera*, quæ 2. *Phys. 3.* & 5. *Met. 2.* sunt
    1. *Efficiens.*
    2. *Materia.*
    3. *Forma.*
    4. *Finis.*
  - *Modos*, de quibus infra L.
- *Non est causa*, quale est principium, unde quis primò movetur. Ut, si Jenâ abeas Vinariam, Jena est principium viæ. Tale est privatio in Physicis. Potestque hæc distinctio etiam his exprimi verbis, si dixerimus: Principium quoddam esse αἴτιον, *causale*, quoddam ἀναίτιον, *non-causale*; quâ posteriori voce scilicet utitur Aristoteles *I. poster. t. 98.*

IV. aliud

- *I. Internum, quod constitutionem rei ingreditur*, ita materia & forma dicuntur principia & causæ internæ naturalis corporis.
- *II. Externum, quod est extra rei constitutionem*, ut causa efficiens & finalis.

F. TAB. VI. De Causa Efficiente.


1. *Correlatum*, nempe *effectus*, qui est *res aliqua, quatenus à causâ efficiente dependet.*
2. *Ratio causandi*, (per quam intelligimus *id, quô causa in actu primo constituitur*) est *potentia agendi*,
3. *Causalitas*, (per quam intelligitur *id, quô causa aliqua in actu secundo constituitur*, vel *per quod est formaliter causa:*) est *actio vel effectio:* per hoc enim est aliquid causa efficiens, quòd agit vel efficit aliquid, ut medicus tum demum est medicus, quando curat & medicamenta adhibet.

Causa Efficiens secùndum Aristotelem est *id, unde primum principium est motus vel quietus.* Alii latiorem descriptionem putât esse adhibendam: Potest dici esse id, *quod influit esse in aliud realiter, à quo adæquatè distinguitur:* Materia n. & forma non distinguuntur adæquatè à causato, quia sunt ejus partes; finis autem non realiter vel in executione, sed intentionaliter influit. Sunt hîc notanda

4. Divisiones, quarum

- *Primâ* Efficiens alia est
  - *Physica*, quæ hîc non accipitur pro causa, quam mox vocabimus naturalem, nec opponitur causæ liberæ, sed utramq; complectitur. Nam *per hoc aliquid est causa efficiens, quòd verum præstat influxum in effectum*, sicut carnifex est causa decollationis, & ignis combustarum ædium.
  - *Moralis, quæ ita se gerit, ut intuitu effectûs, culpa aut meritum in ipsâ resideat, licet in effectum non influat revera esse.* Talis causa est, *qui applicat agens adpatiens*, qui *cogit aut hortatur* aliquem ad aliquid patrandum, qui *præcipit*, qui *non impedit aliquid cùm possit & debeat.* Sic qui subjicit ignem tecto, *moralis*, ignis autem ipse *Physica* causa combustionis ædium est. Carnifex suspendens furem jussu magistratus, *Physica* causa suspendii est, Magistratus autem *moralis.*
- *Principalis, quæ influit in effectum virtute non ignobiliore, quàm ad ipsum producendum requiritur*, ut ignis generans alium ignem, faber respectu operis, quod efficit.
- *secundâ* alia est
  - *Instrumentalis, quæ influit in effectum virtute ignobiliore, quam ad eum producendum requiritur*, adeoque opus habet, ut à principali elevetur ad effectum, cui suis viribus alioquin impar est: Ut calamus respectu scriptionis, malleus respectu clavi. Instrumentum autem latius patet, & notandũ, quod *1. de part. animal. c. 5.* dicitur, *Omne instrumentũ esse alicujus gratia.* Et variis modis dicitur. Dicũtur enim sic
    1. Causæ secundæ, respectu primæ, sed hîc ἀυτρόλογία est.
    2. Partes viventium dissimilares, ut manus, oculus.
    3. Qualitates, quatenus inserviunt substantiis ad muneris functiones, sicuti calor dicitur instrumentum nutritionis & generationis.
    4. Instrumenta artium, quæ Aristot. 1. Politic. vocat Effectiva, ut malleus, serra, & opponit instrumentis, quæ ab ipso dicuntur Practica, ut sunt mensa, olla, triclinia, equus, servus.
    5. Disciplina, quæ alteri inservit & tota propter eam expetitur, ut ars faciendorum frenorum respectu disciplinæ equestris.
- *tertiâ* alia est
  - *Univoca, quæ ejusdem est speciei specialissimæ cum effectu*, ut ignis generans alium ignem, bos bovem, calor calorem.
  - *Æquivoca, quæ specie ab effectu differt*, qualis causa est Deus, & architectus respectu ædificii.
- *quartâ* alia est
  - *Naturalis*, quæ est *determinata ad unum oppositorum*, quomodo ignis calefacit, aut generat alium ignem. Aristoteli dicuntur ἄλογα ἄιτια.
  - *Libera*, quæ est *indifferens ad opposita*, ut homo in suis operationibus de quibus vide suprà de potentiâ naturali & libera Tab. C.
- *quintâ* alia est
  - *Interna, cujus effectus est in ipsâ causâ, vel in eodem subjecto, in quô ipsa est*, qualis est intellectus, quatenus actũ intelligendi in ipsâ animâ elicit.
  - *Externa, quæ extra se, vel extra subjectum, in quo ipsa est, aliquid agit vel efficit*, ut ignis producens calorem in aquâ, & architectus ædificans domum.
- *sextâ* alia est
  - *Prima, quæ à nullo dependet, ab ipsâ autem pendent reliqua omnia*, & est solus Deus.
  - *Secunda, quæ aliam causam agnoscit priorem*, quales sunt omnes causæ efficientes creatæ.

G. TAB. VII.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [29] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [30] - -

G. TAB. VII. De Materia.

Materia, quæ est id, *ex quô aliquid fit, aut factū est, cùm insit*, considerandа

- **I. Causatum**, quod est vel
  - *Primarium*, quod est *compositum* ex materiâ ac formâ.
  - *Secundarium*, quod est ipsa *forma*. Educitur enim forma materialis è potentiâ materiæ, hoc est, dependet ab ea in fieri & in esse.
- **II. Ratio causandi**, quæ est *potentia passiva*, reipsâ eadem cum substantiâ materiæ.
- **III. Causalitas**, quæ, cùm materia sit causa & formæ & compositi, tum in fieri, tum in facto esse, est duplex, respectu utriusque
  1. *in fieri*, & est *passio*; per hoc enim quod materia patitur, ex eâ & forma educitur & compositum fit.
  2. *in facto esse*, & est *unio inter materiam & formam, quatenus illa se habet ex parte materiæ.*
- **IV. Distinctiones**
  - **Primâ Materia** vel est
    - *I. Sensibilis*, quæ secundum Aristotelem 7. *Met. c. 10. t. 35.* nih il aliud esse videtur, quàm *compositum sensibile*, sive *corpus naturale*. Sic enim ille: *Materia*, inquit, *quædam sensibilis, quædam intelligibilis. Sensibilis quidem, ut æs & lignum, & quæcunque mobilis materia.* Conimbricenses *Prœmii in Libb. Physic. Quæst. I. art. IV. col. 10. D.* ajunt: *Materia sensibilis est materia prima induta accidentibus, quæ sensum movent.*
    - *II. Intelligibilis*, quæ secundum Alexand. Aphrodisæum est *magnitudo*, hoc est, *linea, superficies & trina dimensio.* Aristoteles *l. c.* dicit: *Intelligibilis verò, quæ in sensibilibus existit, non prout sensibilia, utputa ipsa Mathematica.* Quam quidem divisionem proponit Philosophus etiam *textu 39.* & ejus membrorum iterum mentionem facit *VIII. Metaph. t. 16.* Sic & quando *III. de animâ t. 11.* dicit: *rectum habet se ut simum, est enim ipsum cum continuô semper*; Materiam denotat *intelligibilem.* Indeque patere videtur, *materiam intelligibilem esse continuum, seu magnitudinem.*
  - **Secundâ Materia** vel est
    - *I. Ex quâ*, quæ cumprimis huc pertinet, & descripta fuit, quòd sit *id, ex quô aliquid fit, vel factum est, cùm insit*; & est duplex iterum,
      1. *Permanens, ex quâ aliquid fit, salvâ manente ejus essentiâ.* Ita ex aurô fit poculum, ut maneat aurum, ex ligno lectus, ut maneat lignum.
      2. *Transiens, ex quâ mutatâ, nec esse sum retinente aliquid fit*, ut ex vinô acetum, ex farinâ panis.
    - *II. In quâ*, nempe *subjectum, in quô forma aliqua inest. Et potest idem esse materia ex quâ & in quâ*, sicut lignum est materia, ex quâ lectus conficitur & constat, & in qua figura vel forma lecti ineſt.
    - *III. Circa quam*, nempe *id, circa quod aliqua potentia vel habitus, aut eorum actus versatur*, & dicitur vulgò *objectum*, quod
      - Constat suô
        1. *Materiali*, quod est *res, circa quam aliquid versatur.*
        2. *Formali*, quæ est *ratio, sub quâ circa aliquam rem versatur aliquid.* Sic id, circa quod appetitus versatur, est tum bonum, tum malum. Ratio autem sub quâ versatur, est tantùm bonum. Et objectum *materiale* medicinæ est corpus humanum; *Formale* autem est sanitas, quia medicus circa illud versatur, quatenus sanitas ipsi vel restituenda, vel conservanda est.
      - Est vel
        - *Adæquatum, quod complectitur omnia, quæ à potentiâ vel habitu aliquo attinguntur, nec plura*, ut sonus respectu auditus, corpus naturale respectu Physicæ.
        - *Inadæquatum*, quod est *aliquid sub objectô adæquatô comprehensum*, ut: sonus acutus respectu auditus, & Elementa respectu Physicæ.

H. TAB. IIX.

H. TAB. IIX.

De Elemento.

De *Elementô* notatur

I. Quòd in latissimâ acceptione secundùm Aristotelem *V. Met. c. 3. sit id, quod primum cuique inest.*

II. Quòd *sumatur* vel

- *Propriè* & Sit secundùm Aristotelem *l. c.* id, *ex quô componitur primò inexistente atque indivisibili specie in aliam speciem aliquid.* Aut, ut *I. Memph. cap. ult.* habet, est id, *in quod insitum, ut in materiam, res dividitur*, ut A. & B. ipsius Syllabæ.
- Sint Exempli gratiâ
  - *Literæ* respectu vocis.
  - *Terra, aqua, aër & ignis*, respectu corporis mixti.
  - *Demonstrationes primæ, in quas aliæ resolvuntur.*
- *Translatitiè.* Quia enim Elementum propriè dictum & indivisibile est in diversas species, & ex eô cætera constant, translatum est nomen Elementi *ad omne id, quod unum sit ac parvum, & ad multa utile.* Quomodo Aristoteles *2. Rhetor. ad Theodect. cap. 25.* locum, unde multa sumuntur argumenta, vocat elementum. Possuntq; hac ratione loci Dialectici Elementa Dialectica appellari.

III. Quòd *sit in eo, cujus est Elementum*, vel

- *Actu*, ut literæ in voce.
- *Potentiâ*, sicut quatuor Elementa corporibus mixtis inesse vero consentanea sententia est. At Aristoteles *III. de Cœlô t. 31.* ipse docet, *nihil referre ad rationem Elementi, sive actu in eô, cujus est elementum, an potentiâ vel virtute.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [33] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [34] - -

I. TAB. IX. De Forma.

Formæ, quæ est principiũ per unionẽ sui cum materia, dans esse rei, considerandæ sunt

1. *Causatum*, quod est *solum compositum* sive illud sit *substantiale*, ut homo, cujus causa formalis est anima rationalis: sive *accidentale*, ut corpus album, cujus forma est albedo.
2. *Ratio causandi*, quæ est *ipsa substantia forma*, cùm non per accidens aliquod, sed per substantiam suam forma sit apta rem constituere.
3. *Causalitas*, quæ est *unio materiæ cum formâ, quatenus se habet ex parte formæ*, dicitúrque *actuatio & informatio.*

4. *Distinctiones*, quarũ

I. Forma est vel
- *Interna*, quæ est forma propriè dicta: & cui competit definitio formæ tradita.
- *Externa*, quæ dicitur *Exemplar*, nẽpe *forma, quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem*: Et dicitur forma non ità propriè, quatenus nimirum considerátur respectu *ejus, cujus est exemplar*, quod est iterum vel
  - I. *Externum*, quod scilicet *extra animum in sensum incurrit*, ut e.g. scriptura vel imago, quæ oculis objecta imitanda proponitur. Definiri potest *forma extra animum, quam effectus imitatur ex intentione agentis, determinantis sibi finem*.
  - II. *Internum*, quod dicitur *conceptus in mente formatus de opere conficiendo*, sicut architectus e. g. domum à se exstruendam secum concipit. Definiri potest *forma mente concepta, quam effectus imitatur ex intentione agentis, determinantis sibi finem.*

II. Aliô sensu est
- *Interna*, quæ nimirum *materiam intimiùs penetrat*, ut anima corpus, calor ignem.
- *Externa*, quæ *in superficie corporis hæret*, nempe *forma vel figura, quæ pertinet ad quartam speciem Qualitatis.*

III. alia est
- *Informans*, quæ est causa formalis, de qua hic agitur, nempè *quæ per unionem veram cum materiâ, dat esse rei*: sicut anima per unionem sui cum corpore organicô constituit corpus animatum.
- *Assistens*, quæ *tantùm propinqua vel præsens est rei, ut motum aut operationem ipsi largiatur*, quales sunt intelligentiæ, quæ de sententia Peripateticorum movent orbes cœlestes. Et simile quid conspicitur in nautâ, quatenus in navi constitutus eam movet. Hinc ipsi etiam æquivocè tribuitur nomen Formæ.

IV. alia est
- *Substantialis, quæ cum subjecto sive materia, quam informat, constituit ens per se*, pertinetque ad prædicamentum Substantiæ, ut anima.
- *Accidentalis*, quæ est *accidens consideratum in abstracto, constituens cum subjecto unum per accidens*, ut albedo.

V. alia est
- *Simplex, quæ partes habet ejusdem rationis*, ut albedo, nigredo.
- *Composita, quæ partes habet diversæ rationis*, ut figura domus, figura viventium.

VI. alia est
- *Totalis, quæ informat omnes partes totius heterogenei*, ut anima.
- *Partialis, quæ tantùm aliquam partem totius heterogenei informat*, ut forma jecoris.

VII. alia est
- *Partis*, & sic dicitur *altera pars compositi à materia condistincta*, ut anima.
- *Totius*, & est *tota rei essentia*, ut humanitas respectu hominis.

VIII. alia est
- *Materialis, quæ à materia dependet in esse, fieri & operari*, quales sunt omnes formæ exceptâ animâ rationali.
- *Immaterialis, quæ citra materiam subsistere apta est*, ut anima rationalis.

IX. alia est
- *Specifica, quæ constituit rem in certa specie.*
- *Generica, quæ constituit rem, secundùm esse commune & genericum.* Quæ quidem distinctio non eôdem sensu ab omnibus accipitur. Hoc certum est, *in multis non dari duas formas reipsa distinctas, sed unam diversimodè conceptam*, ut rei albæ forma specifica est albedo, generica color, sed color & albedo in re ipsâ sunt unum & idem. *An verò nonnunquam reipsâ sint diversæ forma*, sicut nonnulli *in plantis & animalibus constituunt formam mixti reipsâ distinctam ab animâ eorum*, imò & *plures animas revera in eôdem vivente distinctas*, ut *in brutis vegetativam & sentientem, in homine præter illas, rationalem*, id controversum admodum est, de quô consulantur Autores.

K. TAB. X.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32 Leibn. Marg. 32, [35] - 13

K. TAB. X. De Fine.

1. *Æquivocatio*, Sumitur enim nomen finis
   - Pro *extremo*, sive *ultimo* alicujus rei, quæ tamen ejus gratia non est. Sicut Cicero & alii *mortem finem vitæ* vocant, item Paulus *Roman. VI, 21.* dicens: τὸ δὲ τέλος ἐκείνων θάνατος, cùm tamen propterea non vivamus, ut moriamur, *5. met. cap. 16.*
   - Pro *causa finali*, sive eo, *cujus gratia aliquid est vel fit.* Et hôc significatu hîc sumitur.

2. *Causam*, quæ secundùm *2. physic. t. 29. & 5. met. cap. 11.* sunt
   1. *Res, quæ fiunt propter finem*, ut medicamentum respectu sanitatis, & omnia instrumenta, quibus utuntur artifices, ad opera sua conficienda, & fines acquirendos.
   2. *Actus*, ut consultatio de mediis ad finem, electio eorum & executio, & si qui sunt alii.

3. *Ratio causandi*, quæ est *bonum*, sive sit *revera tale*, sive *appareat tantùm.* Per hoc enim aptum est aliquid, ut possit esse causa finalis, quod est vel videtur bonum. Quod patet ex *31. text. lib. 2. Phys. Aristotelis*, ubi habetur: *ut aliquid sit causa finalis, nihil refert, bonum ipsum dicatur, an apparens bonum.*

4. *Causalitas*, quæ generali locutione potest dici *alicujus gratia aliquid esse*, & in specie in rebus cognoscendi vi præditis, est *actus appetitus agentis, sive causæ efficientis, quatenus importat dependentiam, à bono, tanquam objecto ejus, ut bonum esse cognoscitur.* Dicitur *motio metaphorica* propterea, quod finis movet appetitum. sed quia non movet per vim activam vel agendô, (si enim hoc faceret finis, quatenus finis, esset causa agens vel efficiens) sed per bonitatem cognitam & voluntati exhibitam, ideò non movet propriè. Et finem etiam movere, expressè Aristoteles habet, *II. Phys. t. 9.* dicens: τὸ δὲ πρῶτον κινοῦν, μὴ ὡς τὸ οὗ ἕνεκεν, ἀλλ' ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ἅμα ὂν τῷ κινουμένῳ, *Primum autem movens, non ut id, cujus gratia, sed unde est motionis principium, cum eô quod movet, simul est.*

In tractatione de *fine* attendenda sunt

5. *Distinctiones*, est enim finis

1. ex *II. de anima t. 35. & 37.* alius
   - *cujus*, id nimirum, *cujus efficiendi vel acquirendi gratia aliquid fit, vel expetitur, ita ut non sit simul subjectum, cui fit vel expetitur*, ut Sanitas respectu ambulationis aut medicationis.
   - *cui*, id scilicet, *cui alter finis efficitur vel acquiritur.* Vel est illud, *cujus gratiâ aliquid expetitur, ita ut sit simul subjectum, cui expetitur.* ut homo quatenus ipsi Sanitas restituenda.

2. ex *I. Eth. cap. I.* alius
   - *Operatio* per quam vel
     - *Fit aliquod opus*, qualis est actus ædificandi, per quem domus extruitur respectu artis οἰκοδομικῆς. Et ista operatio est quidem finis, sed opus magis est finis, *9. met. t. 16.* Est igitur nunquàm finis ultimus.
     - *Non fit ulterius aliquod opus*, ut visio respectu oculi vel visus: operatio secundùm virtutem.
   - *Res facta*, ut domus respectu οἰκοδομικῆς, & sanitas respectu artis medicæ.

3. alius
   - *Operationis*, & non tantùm est *res facta*, sicut finis ædificationis est domus, sed & *alia operatio*, sicut operationis habitum antecedentis finis est operatio eum consequens.
   - *Rei factæ*, & non tantùm est *operatio*, sicut oculi finis est visio, & serræ sectio, sed & *alia res facta*, ut sanitas respectu medicinæ.

4. alius
   - *Formalis*, & est *operatio vel actus circa aliquod objectũ, cujus gratiâ scil. aliquid est.*
   - *Objectivus*, & est *ipsum objectum talis actus.* Sic visio Dei beatifica est finis formalis hominis, Deus est ipse finis objectivus.

5. alius
   - *Efficiendus*, ille nempe, *qui cùm non existat actu, ita intenditur ab agente, ut fiat vel producatur*, ut sanitas ægro restituenda.
   - *Obtinendus*, & est *res actu jam existens, quatenus eam agens intendit acquirere*, ut pecunia vel ager respectu avari.

6. alius
   - *Ultimus, cujus gratiâ alia sunt, ipse autem nullius alterius gratiâ.* Estque vel ultimus
     - *Simpliciter, cujus gratiâ in universum omnia sunt, ipse autem prorsus nullius alterius gratiâ*, ut Deus.
     - *In certo genere seu ordine, cujus gratiâ omnia sunt, quæ in aliquô genere vel serie continentur: ipse autem nullius alterius eorum, quæ in illô genere continentur, gratiâ est:* quomodo sanitas est finis ultimus omnium eorum, quæ pertinent ad artem medendi.
   - *Intermedius, cujus gratiâ ita aliquid est, ut ipse sit gratiâ alterius*, qualis est, e. g expulsio pravorum humorum, propter eam enim sumitur medicamentum purgans, ita ut ipsa sit propter sanitatem.

L. TAB. XI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [37] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [38] - -

L. TAB. XI.

Distinctiones quædam, omnibus aut pluribus saltem causarum generibus communes, quas licet videri possit proponendas fuisse ante specialem generum causarum doctrinam: tamen tractationi isti postpositæ melius intelliguntur.

- **I. vel** — *Actu*, quæ *revera esse influit in effectum*. / *Potentiâ*, quæ *revera non influit, habet tamen potentiam influendi*. Sic faber dum actu lectum aut arcam efficit, est causa efficiens actu; dum autem dormit aut ambulat, potentiâ tantùm, & aurum antequam ex eô poculum fit, potentiâ, dum autem fit sive factum est, actu ejus causa materialis est. Idem cernitur in reliquis omnibus causarum generibus.
- **II. vel** — *Vera causa*, quæ *verum præstat influxum in effectum*, ut sutor faciens calceum. / *Sine quâ non*, quæ *in effectum non influit, nec fortassis influendi vim habet, sine eâ tamen effectus esse vel fieri nequit*. Talis est e.gr. quod agens, ut agat in aliquid, debeat ipsi esse satis vicinum, sicut ignis non calefacit aquam nimis distantem; tamen illa propinquitas non est causa calefactionis.
- **III. vel** — *Per se*, quam in genere nolumus describere, sed constituimus duplicem, aliâ
  - *Ex parte causæ, à quâ ut tali procedit effectus*. Ut Medicus quando medetur.
  - *Ex parte effectus, quæ unum eundemq; per se habet effectum*,
    - 1. *quando effectus tribuitur illi, quod est subjectum causæ aut principii ejus effectus per se*. Ut e. gr. cum dicimus, *Hippocrates vel homo medetur*. Ubi Hippocrates vel homo est subjectum, cui ars medendi, quæ principium medicationis est, inest.
    - 2. *quando effectus tribuitur alteri accidenti in concretô sumto, quod cum principiô effectus per se in eôdem subjectô conjungitur*. Ut si idem homo sit JCtus, & Medicus, & ego dicam, *JCtum mederi*.

  aliâ — *Per accidens*, quâ pariter distinguimus in talem
  - *Ex parte causæ, à quâ procedit effectus, sed non ut tali*. Quod quidem fit duobus modis:
    - 1. quod nobis dicatur ea, *cum cujus effectu conjungitur aliquid, quod vel non intendit, vel in quod non influit, vel neutrum facit*, id est, *nec intendit, nec influit*.
    - 2. quod sit varia, vel talis
      - 1. *Ratione influxus*, & dici potest *Causa per accidens physica*. Ut e. g. qui removet valvas, ut illuminetur conclave.
      - 2. *Ratione intentionis*, & dici potest *Causa per accidens moralis*. Ut e.g. qui findens ligna præter intentionem aliquem à tergô stantem lædit.
      - 3. *Ratione utriusque, tàm intentionis* scilicet, *quàm influxus*.
        - 3. quod id, *quod conjungitur cum alicujus effectu per se, conjungatur* vel
          - *Verè*, idque vel
            - *Semper*, aut saltim *utplurimùm*, sicut qui dissecat funem, quô lapis erat suspensus, causa per accidens est motus lapidis deorsum.
            - *Rarò*, ut quando findens ligna vulnus infligit stanti à tergô.
          - *Ex opinione hominis, vel ratione temporis tantùm*. Ut si aliquô ingrediente fulguret, & is dicatur causa fulguris. Item si quis quia Consule Cicerone exorta est conjuratio Catilinaria, adserat eam propterea esse exortam, quòd Cicero fuerit Consul.

  Ex parte effectus. De quâ notandum,

- **IV. alia** — *Partialis*, quæ *ita influit in effectum, ut concurrat causa alia ejusdem ordinis in eôdem genere*, ut cum duo equi trahunt currum, item si quis tempore nundinarum Lipsiam proficiscatur, ut & ea, quæ vitæ usus postulat, emat, & ut filium literis operam ibi dantem invisat.
- *Totalis, cum quâ nulla alia concurrit ejusdem ordinis in eôdem genere*, ut cum unus equus currum trahit, aut cum solius mercaturæ faciendæ causâ quis Lipsiam abit.

* *V.* alia — *Mediata*, quæ *quatenus efficienti accommodatur*, est talis vel:

- *Mediatione virtutis*, quæ (ut vulgò describitur) *agit virtute à se diffusâ*. Pleniùs describeris ita: *Est ea, quæ alteri virtutem, per quam ipsum influit aut agit, dedit, aut conservat, aut utrumque facit, aut ut operetur, facit.* Sic e. gr. ignis calefacit aquam in ollâ, quatenus aqua proximè calefit à calore ollæ productô & diffusô à calore ignis.
- *Mediatione suppositi, inter quam & effectum vel patiens quoad locum intervenit aliud suppositum*, quomodo iterum ignis calefacit aquam in ollâ, quatenus inter aquam & ignem media est olla.

Immediata, quæ *quatenus efficienti accõmodatur*, & ipsa est duplex, vel:

- *Immediatione Virtutis*, quæ *agit virtute sibi inexistente & non à se diffusâ*.
- *Immediatione suppositi, inter quam & effectum vel patiens, non intercedit aliud suppositum quoad locum.* Sic utrôque modô ignis calefacit immediatè ollam, cui circumfunditur.

Remota, inter quam & effectum intercedit alia causa ejusdem generis.

VI. alia — *Proxima, inter quam & effectum non intercedit causa alia ejusdem generis.* Estq; vel *proxima*:

- *In certò genere tantùm, inter quam & effectum intercedit alia causa ejusdem generis, nec satisfacit quæstioni propter quid.*
- *Simpliciter, quæ satisfacit quæstioni propter quid.* Unde & ab Aristotele vocatur *causa propter quam*. v. g. proficiscitur Studiosus Lipsiam tempore nundinarum, ut à mercatore pecuniam accipiat. Hîc causa efficiens remota est *anima*, proxima sunt *pedes*, sed non proxima *simpliciter*, quia non satisfacit quæstioni propter quid. Si enim interrogatus, quare Lipsiam eat, responderet propterea, quòd habeat pedes, risum sive indignationem quærenti movebit. Si verò respondeat, eam ob causam se ire, ut pecuniam ibi accipiat, satisfacit quærenti. Unde hæc est causa itineris proxima simpliciter.

VII. alia — *Universalis*, quæ *influit influxu ex parte talis causæ ita illimitatô & indifferenti, ut simul eôdem modô in plures, specie vel genere etiam distinctos effectus influat, sive influere possit*, determinatur verò ut evadat talis specie effectus, ab aliâ causâ ejusdem generis. Ut e. g. Deus resp. causarum secundarum, & corpora cœlestia resp. agentium sublunarium.

Particularis, quæ *determinat universalem in causando ad certum specie effectũ, in eôdem genere causæ*, ut ignis, quatenus cum Deo concurrens in generando alio igne, facit ut ignis generetur, & non aliud. Talis est etiam planta, in generatione alterius plantæ, respectu Solis.

VIII. vel — *Subordinatæ*, talesque vel:

- *Essentialiter*, & sunt *duæ sive plures causæ ejusdem generis, quarum una ex naturâ suâ dependet ab alterâ in causando.* Dicitur ex *naturâ suâ*, propterea, quia quando duo equi trahunt currum, unus ab alterô quidem pendet in causandô sive trahendô, si neuter sine alterô eum trahere posset; non tamen sunt causæ subordinatæ, quia neuter ab alterô dependet ex naturâ suâ, quod vel inde perspicitur, quòd unus posset esse tàm robustus, ut solus esset trahendo. Sic creaturæ omnes subordinantur Deo in suis operationibus: Sicut etiam *Sol & homo*, dicente Philosopho, *generant hominem.*
- *Accidentaliter*, & sunt *duæ sive plures causæ ejusdem generis, quarum una certâ ratione dependet ab alterâ, sed non in causando*, ut Anchises & Æneas respectu Ascanii. Non concurrit Anchises cum Æneâ in generandô Ascaniô, aliâ tamen ratione dependet Æneas ab Anchise, quatenus nimirum ab eô genitus fuit.

Non subordinatæ, ut duo equi, vel conjunctim unum, vel separatim duos currus trahentes. Item pictor pingens, & faber clavem conficiens.

M. TAB. XII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [40] - 16

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [41] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [42] - -

M. TAB. XII.

De Necessario.

- 1. vel
  - *Complexum*, ut Deum esse justum, hominem esse animal ratione præditum.
  - *Incomplexum*, ut DEUS.
- 2. vel
  - *Simpliciter*, quod *nullô modô & nullius intuitu non esse, aut aliter se habere potest*: ut, *hominem esse animal, albedinem esse colorem*, & in incomplexis *solus Deus*.
  - *Secundum quid*, quod *intuitu causarum naturalium vel secundarium aliter se habere nequit, quia tamen à Deo dependet, non esse, vel mutari ab eô potest*, ut angeli, corpora cœlestia, eorumque motus & alia, quæ ipsis insunt. Sic ut homo generetur, necessarius est maris & fœminæ congressus, & ignis non potest non comburere admotam rem combustibilem. Divinâ virtute tamen homo Christus sine concursu viri genitus est, & igni in fornace Babylonicâ nihil juris fuit in tres sanctos viros: quemadmodum etiam Deus ad vocem Josuæ Solem stare fecit. Vocatur hæc *necessitas naturæ*.
- 3. quod *Necessariũ est, quod aliter se habere nõ potest.* Et est
  - *Nullam necessitatis suæ habet causam*, ut Deus: Idem non posse simul esse & non esse: Quodlibet esse vel non esse.
  - *Aliquam suæ necessitatis habet causam*, eamque
    - *Internam*
      - *Materiam*, sicut serra necessariò dura est, quòd ex ferrô constat, & animalia necessariò sunt corruptibilia, quia ex Elementis constant. Et solet dici *necessitas materiæ*. Vid. *II. Phys. c. 9.*
      - *Formam*, ut hominem esse rationalem. Vide *I. poster. t. 53.* ubi fundatur hæc necessitatis materiæ & formæ distinctio.
    - *Externam*
      - *Efficientẽ*, idq; vel
        - *Repugnante patiente*, seu contra inclinationem ejus, & dicitur ex *V. Metaph. cap. 5.* & *II post. t. 54. violentum*, quod est contra inclinationem vel
          1. *Naturalem*, & est *violentum in specie sic dictum*; quomodo lapis projectus sursùm movetur.
          2. *Elicitam*, vel electionem, & dicitur *coactio*, ut cùm aliquis vi in carcerem rapitur.
        - *Subjectô non repugnante*, quomodo Sole super hemisphærium nostrum incedente, necesse est esse diem.
      - *Finalem*, & dicitur specialiter hæc *necessitas ex hypothesi*, *II. Phys. t. 87.* Estque hôc modô quid necessarium vel ad
        - *Esse*, id scilicet, *sine quô res esse vel subsistere nequit*, quomodo respiratio est necessaria ad vitam.
        - *Benè esse*, quæ dicitur *necessitas expedientiæ*, quomodo navis aut pons est necessarius, si fluvium transire velis, commodiùs enim his transis, quàm vado.
- 4. Est necessarium necessitate vel
  - *Consequentiæ*, quæ est, *quando necesse est aliquid esse vel non esse, ex eô, quod positum est aliud esse vel non esse, etsi neutrum fortassis in se sit necessarium.* Sicut in omni Syllogismô necesse est conclusionem esse veram, positô præmissas esse veras. Sicut & necesse est hominem incalescere, si diebus æstivis stet sub Sole. Quanquam enim utrumque est contingens, nimirùm, & quòd sub Sole stet, & quòd incalescat, illô tamen positô, non potest non hoc contingere.
  - *Consequentis*, *quando tàm antecedens, quàm consequens est in se necessarium*, ut aliquid sentire, si animal sit.
- 5. Est necessarium vel
  - *Absolutâ necessitate*, *cujus oppositum includit contradictionem*, ut Deum esse justum, hominem esse animal.
  - *Ex hypothesi aut suppositione*, nimirum, *quando aliquid in se est contingens*, id est, aliter se habere potest, *positô tamen aliquô, non potest aliter se habere.* Ut Petrum progredi, simpliciter contingens est, positô tamen quòd currat, necessarium est ipsum progredi.

N. TAB. XIII.

De Contingente.

- *Latè & impropriè*, & opponitur *tantùm impossibili*, sive pro eò, *quod non est impossibile*, & complectitur quoque necessarium, ut contingit terram stare, cœlum moveri, hominem esse animal.
- Contingens sumitur vel
  - *Strictè & propriè*, ac definiente Aristotele, *1. Prior. c.12.* est, quod *cùm non sit necessarium, si tamen ponatur esse, nihil inde sequitur impossibile*, hoc est, quod nec necessariũ est, nec impossibile, & est
    - I.
      - *Id, quod est quidem, non tamen necessariò*, id est, *potest non esse*, quomodo si Socrates jam ambulat, contingens est eum ambulare.
      - *Id quod non est, potest tamen esse*, sicut contingens est, non stantem sed sedentem stare.
    - II. est contingens ex *1. Prior. c. 13. t. 5.* vel
      - *Æqualiter*, ἐπ' ἴσης, *quod æquè potest esse & non esse*, qualia sunt, quæ pendent à liberô hominum arbitriô, ut ambulare, stare, scribere.
      - *Utplurimùm*, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, *quod est frequentiùs*, ut hominem nasci quinque digitis in unâ manù.
      - *Rarò*, ubi notandũ, aliud esse, *rarò aliquid*
        - *Fieri*, quod bifariàm dicitur:
          1. *Ratione temporis tantùm, & non ratione causæ, quod* scilicet *rarò subjecto inest; positâ tamen ejus causâ, semper inest.* Ut rarò deliquium competit Lunæ, competit tamen ipsi, quandocunque inter ipsam & Solem diametraliter opposita terra collocatur, à quâ interpositione deliquium illud provenit.
          2. *Ratione subjecti vel temporis & causæ simul, quod* scilicet *positâ quoque causâ rarò inest.* Sicut *rarò est*, ut fodiens vineam, inveniat thesaurum, & hoc est, quod *rarò* dicitur *contingens*.
        - *Esse contingens*, quod modò fuit expositum.

O. TAB. XIV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [44] - 18

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [45] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [46] - -

O. TAB. XIV.

De Uno per se & per accidens.

Vnum est *Ens indivisum. Universa, quæ divisionem non habent, quâ ratione non habent, eatenus unum dicuntur, V. Met. t. 11.* Et *X. Met. t. 2. Vnum esse, est indivisibile esse.* Nota hîc

I. Aequivocationē. Sumitur enim Unum

1. *Vt est affectio Entis*, & ut *quodlibet ens est unum*: sicut quilibet homo est unus homo, & *ita hôc locô sumitur.*
2. *Vt negat multitudinem* alicujus in rerum naturâ, & est idem, quod *unicum*, vel *unum tantùm*, quomodo Deus est unus, sol unus, sed homo non est unus, quia non est tantùm unus.
3. *Pro totô & perfectô in suo genere.* Quòd si perfectum non sit, licet aliàs continuatione sit unum, unum tamen non dicitur. Sic partes calcei, si quomodocunque aliter consutæ sunt, quàm ut calcei formam habeant, & usum perfectè præstare possint, unum non dicuntur, ut Aristoteles 5. *Met. c. 6.* docet. Monlorius *de Universis cap. 4. pag. 434.* hoc ita exponit: *Alterô modô dicitur unum, quod totum est, atque ex omnibus suis partibus absolutum, quoniam hâc parte est individuum.*

II. Indivisionē per quā Ens formaliter est unum, considerari, ut

Est in re ipsâ, citra hoc, quòd ab intellectu concipitur, & sic est *aliquid positivum*, cùm reipsâ non sit ab Ente distinctum.

ab intellectu concipitur, & ratione ab Ente distincta est, & hôc modô est *quædam negatio*, quemadmodum & per negationem ab Aristotele Unum definitur, quando 5. *Met. c. 6.* ait: *Universè quæcunque divisionem non habent, quâ ratione non habent, eatenus unum dicuntur, ut, si quatenus homo non habet divisionem, unus homo, si quatenus animal, unum animal, si quatenus magnitudo, una magnitudo.*

Per accidens

- quando *subjectum & accidens dicuntur unum*, ut *Coriscus & Musicus*, aut *Coriscus Musicus*, aut *homo Musicus.*
- quando *duo accidentia unum dicuntur*, quæ *eidem subjecto accidunt.* Ut *Musicum & justum*, si simul Coriscо accidant.

III. Distinctionē, quâ ex *V. Met. c. 6.* unum est vel

I. Continuitate. Et sic dicitur aliquid unum secundum *X. Met. in init.*

- *Magis*, ut *quod naturâ est continuum*, quale brachium, item, cùm continuum populari definitione sit *id, cujus motus est unus per se*, sive *indivisibilis tempore*, h. est *eodem tempore, sic ut una pars non moveatur altera immotâ*; Philosophicâ autem definitione sit *id, cujus partes communi terminô copulantur*, ut brachium, aqua maris, quorum una pars moveri potest alterâ immotâ, & quæ priori definitione exclusa videntur) *quorum una pars moveri non potest, altera immotâ.*
- *Minus*, ut *quod arte est continuum*, qualia ligna glutine conjuncta, item, quorum una pars potest moveri, immotâ alterâ.

II. Subjecto indifferente formâ sensibili (etsi secundùm quantitatem divisum sit:) Et quidem subjectô

- *Primô*, hoc est, *materiâ proximâ*, quomodo omnes fluvii sunt unum quid ratione aquæ; item, omnia mulsa ratione mellis.
- *Ultimô ad finem*, i. e. *materiâ sensibili remotâ*, ut oleum & vinum. Hæc enim non ratione subjecti proximi (*sensibilis* enim differentia est inter formam vini & olei) sed remoti unum sunt: Ambo enim sunt ex aere & aquâ. Hoc modo omnia corpora dici possunt unum, ratione materiæ primæ.

Per se, & quidem vel

III. Analogia, quæcunque ita se habent, ut aliud ad aliud, hoc est, *quorum unum se habet ad alterum, ut aliud ad aliud*, ut caput cum homine collatum, & Christus cum Ecclesiâ.

IV. Genere, quorum genus unum oppositis differentiis differens. Eoque vel

Subalterno

- *Proximô*, ut homo & brutum, quorum genus proximum est animal.
- *Remotô*, ut homo, equus, quercus, quorum unum est genus, sed remotum, ut corpus animatum.

Generalissimô, quorum est eadem prædicationis figura, hoc est, *quæ in eodem collocantur prædicamentô.*

V. Specie, *quorum ratio, quæ quidditatem docet, est indivisibilis ad alium, quæ quid res sit declarat*, ut Petrus, Paulus, quia quilibet est homo, qui est species specialissima, quæ est indivisibilis in alias res, diversas definitiones essentiales habentes.

VI. Numerô seu *omninô, quorum ratio quidditativa indivisibilis est, & nec tempore, nec locô, nec ratione separari potest*, hoc est, *quæ re & ratione sunt unum*, ut Cicero & Marcus Tullius, Ensis & gladius.

Improprie, quia unum aliquid

- *Faciunt*, ut multi opifices in unâ domô extruendâ occupati.
- *Patiuntur*, ut populus, qui ab uno principe regitur.
- *Habent*, ut possessores unius agri.
- *Est, ad quod aliquô modô comparantur*, ut si quis dicat, Evdemum & Theophrastum esse unum, quod uterque sit similis Aristoteli.

IV. Oppositum, nempe *Multa*, & dicunt ut modis oppositis modis unius. Sunt enim *multa*, vel

- quia *non* sunt *continua*, ut Petrus & Paulus; duo lapides.
- quia *differt formâ sensibili subjectum sive materia*, vel
  - *proxima*, quomodo multa sunt vinum & oleum.
  - *remota*, quomodo multa sunt lapis & oleum.
- *Numero*, ut Petrus & Paulus.
- *Specie*, ut Homo & equus.
- *Genere*, ut animal & scientia.
- *Analogiâ, inter qua nulla est proportio*, ut homo & color.

Proprie, quorum Substantia una est. Et est Unum

P. TAB. XV.

P. TAB. XV.

De Ente per se & per accidens.

- Ratione Unitatis Ens *primò* est *per se* vel *per accidens*. Ubi notandum τὸ *per se* & τὸ *per accidens* dicitur ratione
  - *Praedicationis*, & sic
    - *duo sunt modi per se*, quorum
      - *Primus* est, *cùm praedicatum ita inest subjecto, ut sit ejus definitio sive pars definitionis*, ut genus vel differentia.
      - *Secundus* est, *quando praedicatum ita inest subjecto*, ut *subjectum ingrediatur definitionem praedicati*, quomodo propria quarti modi subjecto conveniunt per se.
    - *Unus per accidens* duobus illis modis per se oppositus, *quando nimirum neque praedicatum est definitio, aut de definitione subjecti, neque subjectum de definitione praedicati*, ut si dicam, homo est albus, Musicus est albus, vel album est homo.
  - *Modi essendi*, & sic *substantia* est *Ens per se*, reliqua novem praedicamenta continent Entia per accidens.
  - *Modi causandi*, quâ ratione suprà *Tab. L.* de eô, quod per se & per accidens est, egimus.
  - *Unitatis*, & ita in praesentiâ sumitur. Et secundũ
    - *Aristotelẽ Ens*
      - *Per se* dicitur, *quod significat figuras praedicationis*, id est, quod collocatur in aliquô ex decem praedicamentis.
      - *Per accidens* est vel
        - *Subjectum & accidens*, ut homo albus.
        - *Duo accidentia ejusdem subjecti.* De quibus *Tab. praced.*
    - *Suarez & alios Ens*
      - *Per se* complectitur
        - est, *quod habet praecisè ea, quae ad essentiam, integritatem, vel complementum talis entis in suo genere per se & intrinsecè requiruntur.*
        - *Substantias*
          - *Incompletas*, ut materiam & formam, & partes integrantes, ut caput, manũ, &c.
          - *Completas*
            - *Simplices*, quales Deus & Angeli.
            - *Compositas*, non solùm *ex materiâ & formâ*, sed etiam *ex partibus integrantibus.*
        - *Accidentia*
          - *Simplicia* planè, qualia sunt substantiarum immaterialium.
          - *Composita*
            - *Per extensionem*, ut ipsa quantitas, albedo & alia accidentia per substantiam protensa.
            - *Ratione intensionis & remissionis*, ut calor ex octo gradibus compositus.
      - *Per accidens*, quod complectitur ea, quae
        - *importat aliquid, quod nec ad essentiam, nec integritatem nec ad complementum talis Entis in suo genere per se & intrinsecè requiritur.*
        - Reverà sunt *divisa*,
          - *Sine ordine*, ut acervus tritici: quae maximè entia per accidens sunt.
          - *Cum ordine*, ut exercitus.
        - Reverà sunt *unita*
          - *Unione naturali*, quò pertinet *id, quod constat ex subjectô & accidente*, ut homo albus, sive *ex duobus accidentibus*, ut Musicus albus.
          - *Unione artificiali*, ut domus, poculum argenteum inauratum.

Q. TAB. XVI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [48] - 20

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [49] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [50] - -

Q. TAB. XVI.

De Simplici & Compoſito.

Ratione Unitatis *ſecundò* Ens eſt vel

- *Indiviſũ*, ſcilicet *quod dividi quidem poteſt, actu tamen diviſum non eſt.* Et eſt *compoſitum.* Vide *11. de animàt. 20.* Ubi conſiderandum eſt
  - Hoc ipſum *concretum*, nempe *compoſitum*, quod dicitur dupliciter. Eſt ſcilicet *compoſitum* vel
    - *Cum aliquò*, & hoc non opponitur ſimplici, quia quod ſimplex eſt, poteſt eſſe compoſitum cum aliquò, ſicut anima intelligens compoſita eſt cum corpore ad conſtituendum hominem, non tamen eſt compoſita ex corpore, ſed eſt ſubſtantia ſimplex. Unde, quod hôc modô compoſitum dicitur, non dicitur propriè compoſitum, *quatenus hôc modô compoſitum eſt.*
    - *Ex aliquo* vel *ex aliquibus*, (nunquam enim componitur aliquid ex unô tantùm, ſed ſemper ex pluribus,) & oppo- nitur ſimplici, eſtque *propriè compoſitum*, ut homo ex corpore & anima. Et ſumitur, vel ut opponitur
      - *Simplici*, quomodo hîc conſideratur.
      - *Partibus*, ex quibus compoſitum eſt, & dicitur *Totum.*
  - *Abſtractum*, nempe *compoſitio*, quæ eſt *ſimul-poſitio ſive conjunctio plurium rerum unum tertiũ conſtituentium.* Cujus notanda
    - *Actione*, quâ aliqua componuntur, ut quando faber duo ligna glutine conjungit.
    - *Termino dictæ actionis*, quæ aliàs dicitur *unio*, & eſt *ratio formalis compoſiti:* ſicut albedo eſt ratio formalis albi. Ita Gellius *Lib. 15. Cap. 1. ædificationem* ponit pro *ædificiô*. Et *diſpoſitio* ut comprehenditur ſub primâ ſpecie qualitatis, non denotat actionem, uti patet, ſed *aliquid permanens. Ambulatio* item non *motum* tantùm, ſed & *locum*. Et μίξις, *mixtio*, non tantùm ſignificat *actionem*, *quâ aliquid miſcetur*, ſed *terminum* etiam, *4. Polit. cap. 8.* ubi vid. Piccartus *cap. 554.* Verba Ariſtotelis ſunt: δεῖ γὰρ ἡ πολίτειαν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, μίξις ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας. *Politia, ut ſimpliciter dicam, mixtio eſt ex oligarchiâ & democratiâ.*
    - *Æquivocatio.* Sumitur enim vel pro
    - *Diſtinctio in compoſitione*
      - *Realem*, illam nempe, *cujus extrema ſunt realia reipsâ diſtincta*, qualis eſt ex
        - *Materiâ & formâ*, & *formâ quidem*
          - *Subſtantiali*, quomodo *homo* eſt compoſitus ex corpore & animâ.
          - *Accidentali*, ſicut *album* compoſitum eſt ex ſubjectô & albedine.
        - *Partibus integrantibus*, qualis eſt palmi ex duobus ſemipalmis, & corporis ex capite, thorace, ventre, &c.
        - *Gradibus per intenſionem*, qualis compoſitio eſt caloris in igne ex octo gradibus.
        - *Eſſentiâ & ſubſiſtentia*, quomodo compoſitionem obtinet v. g. hic & ille homo, non autem humana natura.
      - *Rationis, cujus extrema ſunt ratione tantùm diſtincta.* Non enim requiritur, ut *extrema ſint entia rationis* (ſicut compoſitionis realis extrema debent eſſe realia) ſed ſufficit, illa *eſſe ratione tantùm diſtincta.*
- *Indiviſibile*, quod ſcilicet *nec actu diviſũ eſt, nec dividi poteſt.* Et eſt id, quod vocatur *ſimplex.* Dicitur autem aliquid *ſimplex* vel
  - *Abſolutè*, *quod nullo compoſitionis genere eſt compoſitum*, ſcilicet, nec ex materiâ, nec ex formâ, nec partibus integrantibus, nec ſubjectô, nec accidente. Ut Deus.
  - *Secundum quid*, *ſeu certâ ratione*. Quô modô iterũ aliquid ſimplex eſt vel
    1. *Reſpectu certi generis rerum*, *quod non eſt compoſitum ex aliquibus ſui generis.* Quã ob cauſam vox, quâ rerũ illud genus, cujus reſpectu ſimplex dicitur, ſignificatur, addenda eſt voci *ſimplex.* Ita e. gr. hæc propoſitio, *homo eſt bipes*, non eſt aliquid ſimplex, ſed omninò compoſitũ, (conſtat enim ſubjecto & prædicato) eſt tamen ſimplex in genere propoſitionum, quia non eſt ex aliis propoſitionibus compoſita. Unde dicitur propoſitio ſimplex, non autem res vel vox ſimplex. Sic Elementa ſunt corpora ſimplicia, quia ex aliis corporibus non ſunt mixta, non tamen ſunt res ſimplices, cùm conſtent materiâ & formâ.
    2. *Reſpectu certi generis compoſitionis.* Ut e. g. materia eſt ſubſtantia ſimplex, quia non eſt compoſita ex materiâ & formâ, licet ſit aliquid compoſitum abſolutè, ex partibus nimirùm integrantibus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [51] - 21

R. TAB. XVII.


De Toto.

Totum sumitur ut opponitur

- *Partibus.* Et definitur, quòd sit id *quod continet ea, quæ continẽtur, ut illa sint unũ, V. Met. cap. 26.* Estque
  - *I. Integrale, cujus quantitas constituitur quãtitate partium, &.*
    - vulgò ex Aristot. *2. de part. animal. c. 1.* cõstituitur duplex
      - *Similare ὁμοιομερὲς, quod constat ex partibus ejusdem rationis sive essentiæ*, ut aqua, aurum. Quælibet enim pars aquæ est aqua, auri aurum.
      - *Dissimilare ἀνομοιομερὲς, cujus partes diversæ naturæ sunt*, ut oculus, manus, pes, &c.
    - secundum eundem Arist. *5. met. c. 26.* est triplex, quoddam est *ejusmodi, ut transpositio partium differentiam faciat*
      - *Nullam, neque* scil. *in materiâ, neque in formâ sive figurâ*, ut aqua, vinum, aurum, numerus, & de hisce usurpatur nomen *omne*. Dicitur enim *omnis aqua, omnis numerus. Tota aqua, totus numerus* non dicitur, nisi translatione, ut vult Aristoteles.
      - *Et in materiâ* sive subjectô formæ, *& in ipsâ formâ*, quale est cujusvis animalis corpus. Si enim os apponatur, ubi erat caro, & dentes ubi ungues, non tantùm figura totius mutatur, sed & materia, hoc est, partes habentes diversas naturas. Et de hisce usurpatur vox *Totus. Totus* enim *homo* dicitur, non, *omnis homo*, si nimirum *de unô aliquô* sermo sit.
      - *Tantùm in formâ*, ut statua ex ære facta. Si enim situm partium mutes, collocatis, ubi caput esse debet, manibus, ubique quidem manet æs, mutatâ tamen figurâ. Et quæ ita comparata sunt, de iis dicitur & *totum* & *omne*, propterea, quòd de utrôque præcedentium participant. Dicitur enim & *tota statua*, & *omnis statua*.
  - *II. Essentiale*
    - *Physicum*, quale est *substantia composita respectu materiæ & formæ*, ut homo respectu corporis & animæ rationalis.
    - *Metaphysicum vel Logicum*, quale est *species respectu generis & differentiæ*, ut homo, quatenus ex animali & rationali constat.
  - *III. Universale*, ut *genus* comparatum cum speciebus, & *species* cum individuis.
  - *IV. Potestativum*, id, *quod plures habet potentias, quæ sunt principia operationum.* Hujus Philosophus *5. Metaph. c. 16.* non facit mentionem. Alibi tamen *1. de an. t. 9. & 2. de an. t. 19.* item *de juvent. & senect. non procul à princip. 1. Eth. c. 13.* &c. *potentias animæ* vocat *partes animæ.* Si potentiæ animæ sunt partes animæ, certè anima ipsa erit totum.
- *Mutilo.* Ut autem mutilum aliquid dicatur, requiruntur *conditiones ex parte*
  - *Sit quantum partibile in partes constituentes.* Nam genus non dicitur mutilum, detractâ unâ specie.
  - *Id quod remanet, ablatâ parte, sit adhuc majus.* Et hanc ob causam duo non sunt mutilum, ablatâ unitate.
  - *Maneat secundùm substantiam.* Et hanc ob causam numerus non mutilatur, quia quâvis unitate ablatâ non manet eadem numeri species, sed alia fit.
  - *Habeat partes dissimilares, & quarum positio faciat differentiam.* Aqua enim non dicitur mutila, nec aurum.
  - *Sit continuum.* Nam concentus habet partes dissimilares, & eas quidem ad certam positionem ita statutas, ut mutatâ positione, mutetur substantia concentus, nihilominus tamen non dicitur concentus mutilus.
  - *Ejus, quod dicitur mutilum, κολοβὸν*, ut nimirum
    - *non sit principalis.* Sic homo præcisô capite non dicitur mutilus, cùm tunc non amplius sit homo.
    - *sit externa*, non *interna.* Non enim mutilum dicitur animal exsectô liene, sed amputatâ manu, & cantharus dicitur mutilus ablatâ ansâ.
    - *Tota ablata non possit renasci.* Quam ob causam calvi non sunt mutili.
    - κολοβώματα, sive *partis ablatæ*, ut illa

S. TAB. XIIX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [52] - 22



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [53] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [54] - -

S. TAB. XIIX.

De Parte.

Pars est vel

- ***Integralis***, id scilicet, *in quod quantum quovis modo dividi potest*, &c
  - 1. est vel
    - *Similaris*, quæ aliis dicitur id, *cujus omnes partes sunt ejusdem rationis sive naturæ*. Ut e. gr. in corpore animalis ossa, caro, cartilago. Sed nobis placet definire *eam, quæ ejusdem naturæ sive rationis est cum aliis partibus ejusdem totius.*
    - *Dissimilaris*, quam alii dicunt *eam, quæ in partes dissimiles vel diversæ rationis potest dividi.* Ut in animali oculus, manus, &c. Nos dicemus *eam, quæ non est ejusdem rationis cum aliis partibus ejusdem totius.*
  - 2. vel
    - *Metitur totum*, quæ nimirum *repetita adæquat totum*, ut unitas quemlibet numerum, & binarius reliquos numeros pares.
    - *Non metitur totum*, quæ scilicet *repetita, aut non attingit totum, aut excedit*, ut ternarius respectu octonarii.
- ***Essentialis***, quæ essentiam totius constituit. Et est vel
  - *Physica*, ut *Materia* & *Forma*.
  - *Metaphysica* vel *Logica*, ut *Genus* & *Differentia*.
- ***Subjectiva***, quæ *actu non continetur in totô, nec illud constituit, sed toti subjicitur in prædicatione*, quam ob causam & *subjectiva* dicitur. Tales partes sunt individua respectu speciei, & tum ipsa, tum species respectu generis.
- *Potentia* sive *facultas* respectu ejus, quod plures habet potentias, & cujus est potentia, quemadmodum facultates animæ *partes* ab Aristotele nuncupantur, sicut constat ex *Tab. præcedente.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [55] - 23

T. TAB. XIX.

De Universali & Singulari.

Ratione Unitatis tertiò Ens est vel


- *Universale*, per quod in suâ latitudine intelligitur *aliquid ad multa pertinens*. Accipiturque pro
  - *Complexô*, de quô hîc nõ agitur, nempe pro *Enunciatione* vel
    - *Universali*, contradistinctâ â *particulari & indefinitâ*, quomodo de propositione universali agit Aristot. *1. prior. anal. c. 1.* Et propterea *Universale prioristicum* vocatur.
    - *Summè necessariâ, cujus prædicatum convenit subjecto omni, per se & quatenus est ipsum*, de quô Aristot. agit *1. post. c. 4.* quam ob causam vocari consuevit *Universale posterioristicum*.
  - *Incõplexo*, & sic dicitur aliquid Universale vel in
    - *Causandô*, id nempe, quod est *causa universalis*. Et hoc universale est reverà res singularis, ut Deus, qui est causa universalissima, est aliquid maximè singulare, & nullô modô universale.
    - *Prædicando*, quod ut est *7. Metaph. t. 45. pluribus inesse*, aut ut *περὶ ἑρμ. c. 7.* habetur, *de pluribus prædicari aptum est*. Et sumitur vel
      - *Latiùs*, ut complectatur etiam ea, quæ sunt communia ab unô ad unum, quomodo *Aristot. 3. met. 3.* ait, *ens & unum esse maximè universalia*. Et *11. met. t. 6.* ait, *Ens & unum universa maximè de omnibus prædicantur*, uti habet versio apud Fonsecam. Potiùs reddendum videtur, *maximè omnium*.
      - *Prestiùs* nempe pro eô, quod tantùm de pluribus prædicari aptum est univocè, quod significat Aristot. *4. met. 2.* quando ait: *Ens & unum non esse Universalia*. Et hîc occurrit
        - *Materiale*, sive *res, quæ dicitur Universale*, ut cum nomino genus, materiale est color vel animal, aut aliud quid, quod de pluribus specie differentibus in quid prædicari potest. Et hoc esse *aliquid reale & citra mentis operationem in rebus sive singularibus ipsis existens*, nullum est dubium: quis enim negabit animal, item colorem esse in rerum naturâ nemine cogitante?
        - *Formale*, & est *aliquid*, v. g. animal vel colorem, *esse unum in multis*, vel *de multis prædicari aptum esse*. Et de hôc sermo est, quando quæritur: *An universale sit in rerum naturâ sive in singularibus citra mentis operationem, an verò sit per operationem intellectus abstrahentis*, v. g. naturam hominis *vel ab hoc, vel ab illo; vel confusè cognoscentis hominem, ut non cognoscat, quid sit Petrus, quid Paulus?*
    - *Repræsentando*, & est *conceptus intellectus repræsentans rem in universali*, ut conceptus animalis, hominis.
    - *Significando*, & est *vox, quâ res universalis significatur*, ut vox *animal, color, homo*.
- *Singulare*, quod sumitur dupliciter,
  - *Absolutè* & est *id, quod de pluribus prædicari nequit*, ut Petrus, Johannes, & sic opponitur *Universali*. Ita enim Aristoteles *1. post. t. 81.* & *1. de part. animal. c. 4.* ait, *Universale commune est, id enim appello universale, quod in multis inest*. Et *3. met. t. 14.* inquit: *Singulare exponimus, quod numerô est unum, universale verò, quod in his*.
  - *Respectivè*, & sic dici potest *quodlibet minus Universale respectu ejus, quod magis est Universale*, ut homo, licet absolutè loquendo aliquid universale sit; Singulare tamen dici potest respectu animalis, quia est minus universale, quàm animal. Aristoteles, cum dicit, *inductionem esse à singularibus ad universalia progressionem*, utramque acceptionem comprehendit.

V. TAB. XX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [56] - 24

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [57] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [58] - -

V. TAB. XX.

De Eôdem & Diversô.

Ratione Unitatis & multitudinis, Ens quoque est

- **Idem, quod**
  - I. Sumitur vel
    - *Relativè*, quâ ratione ab unitate distinguitur, quòd unitas sit aliquid absolutum.
    - *Negativè*, & sic dicitur idem, *quod non est ab aliquô diversum*, & importat *negationem divisionis*, sicut unum, sed cum discrimine. Unum enim dicit negationem divisionis rei in se; Idem autem negationem divisionis ab alio.
  - II. Dicitur Idem vel
    - *Per accidens*, in
      - *Simplicibus*, quâdo
        - sumuntur *duo accidentia, quæ eidem accidunt subjecto*, ut Musicum & album idem dicuntur, si eidem homini utrumque accidat.
        - *id, quod prædicatur, accidit ei, quod subjicitur*, ut homo & Musicus.
        - *id, quod subjicitur, accidit prædicato*, ut Musicus & homo.
      - *Compositis*, quando
        - *compositum subjicitur*, ut *homo Musicus & homo*, vel, *homo Musicus & Musicus*.
        - *compositum prædicatur*, ut *homo & homo Musicus*, vel *Musicus & homo Musicus*.
    - *Per se*, quod quadruplex est,
      - *Numero*, & hoc vel
        - *Maximè propriè & primariò*, ut *cum duo nomina idem significant*, ut ensis & gladius, vel *cum definitum & definitio idem dicuntur*, ut homo & animal rationale. Averroës *10. Met. t. 10.* ea *unum numero* esse dicit, *quæ numerari non possunt*.
        - *Cùm propria cum subjecto idem dicuntur*, ut homo & susceptivum disciplinæ.
        - *Cùm accidentium ratione idem dicuntur*, ut sedens & Socrates, si Socrates sedeat. Sed hic modus pertinet ad *unum per accidens*.
      - *Specie*,
      - *Genere*,
      - *Analogiâ*, de quibus vid. *suprà Tab. Ô.*
  - III. Importat *Unitatẽ*
    - *Plurium*. Quò pertinere putamus non tantùm cum aliquâ analogiâ, genere vel specie idem dicuntur, sed & cum numerô. Licet enim cum voce Socratis & sedentis unum aliquod individuum significatur, & cum dico ensem & gladium idem esse, non sunt plura suppositа, sunt tamen utrobique plura nomina, & in priori exemplô etiam definitiones plures.
    - *Cùm uno ut pluribus utimur*, ut cum ipsum *idem* quod *ipsum* esse dicitur.
  - IV. Ejus *cognata* sunt
    - *Similia*, & sic dicuntur
      - *Quæ idem passa sunt*, ut qui ex ægritudine ruborem vel pallorem contraxerunt.
      - *Quæ plura habent eadem, quàm diversa*, vel *simpliciter*, ut duo gemelli, qui vix internosci possunt, vel *magis conspicua*, ut argentum & stannum.
      - *Quorum una est qualitas, non tamen in eôdem gradu*, ut duo alba, quorum unum magis, alterum minus album.
      - *Quorum una est qualitas in eôdem gradu*, ut duo æqualiter alba.
    - *Æqualia, quorum una est quantitas.*

- **Diversum.**
  - I. Sumuntur vel
    - *Latè*, prout hæc vox opponitur *identitati* vel *iisdem*, & complectitur quoque *differentia*. Dicuntur autem *differentia*, quæ *cùm conveniant in aliquô univocô, sub eô per aliquod distinguuntur*, ut duæ species conveniunt in genere, & distinguuntur per differentiam specificam. Quanquam hoc ipsum nomen (*differentia* vel *res differentes*) interdum latiùs accipiatur.
    - *Strictè*, pro *iis, quæ à seipsis distinguuntur, neque in univocô aliquô conveniunt*, ut Deus & Creaturæ, summa genera inter se.
  - II. Dicuntur aliqua *diversa* vel *differre*
    - *Analogiâ*, inter quæ ne analogia quidem intercedit, ut homo & animal.
    - *Genere*, eôque vel
      - *Subalternô tantùm*, ut, homo & arbor.
      - *Generalissimo*, ut *quæ in diversis categoriis statuuntur.*
    - *Specie*, quæ vel *diversæ sunt species*, ut homo & equus, vel *diversarum specierum individua*, ut Petrus & Bucephalus.
    - *Numerô*, ut Petrus & Paulus.

X. TAB. XXI.

X. TAB. XXI.

Ad Doctrinam de Diverſo pertinet Explicatio Generum & Modorum Diſtinctionis.

In doctrina *Diſtinctionis* oportet exponere

1. *Genem:* & ſic diſtinctio eſt

- 1. Conſtitui ſolet duplex
  - *Poſitiva*, quæ eſt *inter duo entia*, ut hominem & brutum, albedinem & dulcedinem.
  - *Negativa, inter ens & non ens, aut privationem ejus, aut inter duas negationes vel privationes*, ut inter hominem & non hominem, inter viſum & cœcitatem, inter lucem & tenebras.
- *Realis* quæ
  - 2. Bifariam ſumitur. Diſtingui n. realiter eſt
    - *Subjecto differre*, quomodo diſtinguuntur *duo vel plura ſuppoſita*, ut Petrus & Paulus, item, *quæ ſunt in diverſis ſuppoſitis*, ut albedo nivis & albedo lactis.
    - *Eſſe diſtincta*, vel *non eſſe idem citra mentis operationem*, ſive ſubjecto etiam differant, quod jam vidimus, ſive non, ut albedo & dulcedo in lacte.
- *Rationis*, quæ aliter ſumitur
  - *A Scholaſticis.* Hiſce enim diſtinctio rationis eſt, *quæ fit per conceptus formales* (qui ſunt in intellectu) *ejusdem rei inadæquatos*, & ferè fit in ordine ad diverſa connotata. Sicut eſſentia divina eſt quid ſimpliciſſimum, nec in eâ ſecundum rem eſt aliud atque aliud, quia tamen per eſſentiam ſuam Deus diverſas edit operationes, ut punit peccata, dat pœnitentibus veniam, &c. hinc varia ipſi tribuimus attributa. Cum enim eſſentiam divinam concipimus ut *punientem facinorosos*, nominamus *Juſtitiam*, cum ut *remittentem peccata pœnitentibus*, vocamus *miſericordiam*, quæ eſt *diſtinctio rationis*. Opponitur *diſtinctioni reali in poſteriori acceptione.*
  - *Ab Ariſtotele.* Ipſi enim *diſtingui ratione* eſt, *aliqua cùm non differant ſubjecto, definitiones habere diverſas, etſi aliàs res ſint diverſæ, vel diſtinguantur citra mentis operationem*, quomodo dicit materiam & privationem, album & Muſicum, hominem item & ἄμφων λόγω differre. Vide Ariſtotelem *V. Metaph. t. 10. & ſeqq. & X. Metaph. c. ult.*

2. *Modos* & ſic aliqua diſtinguuntur

- *Ut includens & incluſum*; quod locum habet tùm *in iis, quæ realiter diſtinguuntur*, quomodo ſe habet homo & corpus vel anima ejus, tùm *in iis, quæ ſolâ ratione diſtinguuntur*, ut ſpecies & genus, vel differentia ejus.
- *Ut condiſtincta*, quando *neutrum alterum in ſe includit, vel ex altero conſtat, ſive diſtinguantur realiter*, ut homo & leo, *ſive ratione tantùm*, ut genus & differentia.

3. Quid ſit diſtinctio

- *Eſſentialis.* Eſt hæc diſtinctio *in rigore inter ea, quæ, cùm ipſa diſtinguantur, habent diſſimiles eſſentias*, vel *ſunt ipſæ diſſimiles eſſentiæ*; ut homo & leo, albedo & dulcedo, non autem Petrus & Paulus, quia hi ſimiles eſſentias habent, uterque enim eſt animal rationale. Hôc modô etiam non diſtinguuntur perſonæ divinitatis, quia earum eſſentia etiam numerô eadem eſt.
- *Formalis.* Hæc vulgò ſtatuitur *inter ea, quorum ratio formalis eſt diverſa*, ſive aliàs *reipſa ſint diſtincta*, ut albedo & dulcedo, ſive *ſolâ mente*, ut attributa divina.
- A Scotiſtis ſtatuitur *genus diſtinctionis medium* inter realem & rationis diſtinctionem, vocaturque *formalis ex naturâ rei*, & diſtingui ita dicuntur *illa, quæ cùm citra mentis operationem ſint diverſa, unum eorum non competit alteri in primô modô per ſe*, quomodo ſecundum eos ſe habent genus & differentia, ſubjectum & propria ejus affectio, item attributa divina & inter ſe & reſpectu divinæ eſſentiæ. Verùm ſi hoc verum eſſet, eſſentia divina non eſſet ſimpliciſſima: cùm ubicunque aliquid unum eſt ita, ut includat plura citra intellectus operationem dictincta, tum inter ſe, tum ab ipsô, ibi fiat compoſitio, quicquid etiam regerant Scotiſtæ. Nec aliàs etiam hoc diſtinctionis genus, ut quidem ab ipſis ſumitur, eſt admittendum.
- *Modalis* recentiorum Scholaſticorum, quâ ſtatuunt *inter rẽ & modum ejus. Modus verò ſumitur*
  - *Generaliter*, & ſignificat *id, quô reſtringitur vel determinatur aliquid*, quomodo per ſe ſubſiſtere & eſſe in alio tanquam in ſubjecto, dicuntur modi Entis.
  - *Specialiter*, hôc locô *pro Entitate*, ut volunt, quæ *in eô formaliter conſiſtit, quod actu rem ſingularem afficiat, ita ut nec per potentiam Dei abſolutam poſſit eſſe, niſi actu illam afficiat, nec concipi etiam ſine hoc poſſit, cùm tamen ab ea, citra intellectus operationem*, i. e. non ſolâ ratione *diſtinguatur*. Sic Petrum dicunt eſſe *rem*, ſeſſionem ejus, quando ſedet, eſſe *ejus modum*, diſtinguique ab eô modaliter. Verùm hoc non eſt peculiare diſtinctionis genus. Nam aliàs & inter ſubſtantiam & accidens ſingulare diſtinctionis genus, diverſum à diſtinctione reali & rationis eſſet concedendum, quod tamen nec ipſi, quos diximus, Scholaſtici admittunt. Si enim, quia eorum, quæ diſtinguuntur, jam utrumque eſt res aliqua, jam res & modus, ideò diſtinctio alia realis eſt, alia modalis: ſequitur etiam, quia extremorum diſtinctionis aliud eſt ſubſtantia, aliud accidens, dari *tertium genus diſtinctionis à reali & modali diſtinctione diverſum.*

T. TAB. XXII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [61] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [62] - -

X. TAB. XXII.

De Vero.

In secundâ mentis operatione, quæ dicitur *compositio & divisio*, & in ei respondente *oratione enunciativâ*, quod testatur Aristot. *l. 1. de interpret. cap. 1.* docens, *tùm in anima esse interdum intelligentiam, cui verum vel falsũ insit*, (intelligit autem compositionem & divisionem intellectus) *tùm in voce*, nẽpe oratione enunciativâ, *in quâ ipsâ quoque vel compositio sit vel divisio, sive remotio prædicati à subjecto.* Et *6. met. t. 8.* Ubi expresè dicit, *Ens, ut verum, & non ens, ut falsum in compositione & divisione cernuntur.* Dici autem solet à nonnullis *veritas complexa*, quia *ineſt in complexis tùm conceptibus, tùm vocibus.* Et est *veritas absolutè & propriè dicta.* Ubi sciendum, *ab eâ*, ut & *ab* oppositâ *falsitate*, quæ dici consuevit *discrepantia intellectus orationisve à re*, denominari

Tùm *secundam mentis operationẽ*, tùm *orationem enunciativam.* Ubi exponendum.

1. *Quomodo Cõpositio & divisio tùm in intellectu tùm in oratione ab eô denominẽtur.* Denominantur scilicet

1. *Absolutè*, id est, *ut non opus sit in prædicatô aliud nomen voci verũ vel falsum adjungere.* Rectè enim dico: *Ignem esse calidũ, est verum, Ignem esse frigidum, est falsũ.*

2. *Intrinsecè.* Licet enim veritas & falsitas ab objectô dependeant, secundùm illud Arist. *ab eo quod res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa.* Ipsæ tamen non in rebus, sed in oratione vel cõpositione & divisione formaliter insunt.

2. *Quid sit*, vel *in quô consistat*

Veritas, nempe *in hôc, quòd componuntur, quæ in re unum sunt:* ut si dicam vel concipiam, ignem urere; *aut dividuntur ea, quæ in re unum non sunt*, ut si dicam, hominem non esse lapidem.

Falsitas, in hôc scilicet, *quòd cõponuntur ea, quæ in re non sunt unum*, ut si dicam, hominem esse lapidem; *vel dividuntur ea, quæ sunt unum*, ut, si dicam, hominem non esse animal.

Res ipsas, (& sic *Verum est affectio Entis*) Ubi notandũ

1. *Quomodo denominentur.* Nempe denominantur

1. *Cum appositô tantùm*, i. e. *ut vox verum vel falsum non stet sola locô prædicati, sed cum adjunctô aliô nomine.* Porrectô enim aurô Ungaricô, non rectè dico; *hoc est verum*; sed dicendum, *hoc est verum aurum.* Nec de aurô adulterinô rectè dico: *hoc est falsum*; sed, *hoc est falsum aurum.*

Extrinsecè, quod patebit ex mox dicendis.

2. *In quô consistat*, vel *quid sit rem esse*

Venim rẽ. Est autem nihil aliud, quàm *rẽ esse aptam, efficere vel terminare venim sui cognitionẽ.* Quod ab oppositô *falsô* probatur, quia illud est, *rem esse aptam, fundare falsam sui cognitionem*, sicut jam dicetur.

Falsam rem. Est autem nihil aliud, quàm *rem aptam esse, ut appareat id esse, quod non est.* Sicut Syllogismus vitiosus in formâ est falsus Syllogismus, quia videtur esse Syllogismus, cùm non sit. Hoc ipsum verò nihil aliud est, quàm *rem esse aptam, ut efficiat vel terminet falsum de se judicium.* Ex quibus evidens est, *denominationem veri & falsi, ut res ab iis denominatur, esse extrinsecam.* Denominantur enim sic à factâ cognitione. At hæc in intellectu est, & non in rebus intellectui objectis.

3. *Utres à falsitate denominetur, requiri*, ut

1. *Referatur ad id, quod non est.* Quælibet enim res relata ad id, quod est, est vera hujusmodi res. Sicut Syllogismus vitiosus in formâ est falsus Syllogismus, non est autem falsum sed verum Sophisma.

2. *Habeat similitudinem cum eô, cujus ratione falsitas ipsi tribuitur.* Nam argentum non dicitur falsum aurum propterea, quòd non eam habeat cum verô aurô convenientiam, ut alicui imponere possit, ut judicet esse aurũ,

Veritas, quæ dici solet *conformitas Orationis, intellectũ*, vel intellectus (cui mediantib. actibus vel conceptibus ejus convenit) *cũ re*, est

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32 Leibn. Marg. 32, [63] - 27

Non in primâ, cujus rei iterũ teſtem habemus Ariſtotelem. Nam *1. de interpret. c. 1.* ait, *eſſe intelligentiam ſimplicium in animo, & ei reſpondentia nomina & verba eſſe expertia veri & falſi.* Ut quando dico *Homo, album*, neque verum dico, neque falſum. Et *6. met. t. 8.* ubi docet, *verum & falſum eſſe in mente, non tamen in mente, quæ circa ſimplicia & quidditates verſetur.* Confer *l. 9. met. t. 22. Non in primâ*, inquam,

Propriè. Nam & ſimplicibus primæque mentis operationi Ariſtoteles tribuit veritatem, ſed id fit impropriè. Nam veritas propriè dicta non conſiſtit in quâvis conformitate intellectus cùm re, ſed *in eâ, quâ, quæ unum reipſa ſunt, componuntur, quæ non unum, dividuntur.* Hôc modô enim exponit Ariſtoteles iſtam conformitatem *4. Met. cap. 7. in princip.* & *9. Met. t. 21.* Quòd igitur *hoc ipſo libro t. 22.* ſeqq. primæ mentis operationi veritatem quoque tribuit, id fit *impropriè, & quia in iis eſt aliud inſtar veri*, ſicut vult Vazquez. Quod ita exponendum nobis videtur: *quoniam compoſitio & diviſio intellectus veræ propriè dicuntur, quæ conformatæ ſint rei, non præter rationem apprehenſioni ſimplicium etiam veritas aliquô modô adſcribetur, quod repræſentet objectum, eiq; ſic ſit conformata.* Quantum ad falſitatem, ea neque impropriè in primâ mentis operatione, ſive ſimplici conceptu reperitur. Nam ſimplex conceptus aut repræſentat rem, aut non. Si repræſentat, eſt verus ejus conceptus. Si non, non eſt illius rei conceptus, & per conſequens illa res non eſt ejus objectum. Quod ſi hoc, ei conceptui neque veritas neque falſitas tribui poteſt reſpectu illius: quia veritas & falſitas non conveniunt concepribus, niſi comparatis cum ſuô objectô. Opponitur autem veritati iſti impropriè dictæ *ignorantia*, nempe *apprehenſio rei*, quod hôc ipſô teſtatur Ariſtoteles *l. 9. met. t. 22.* quando dicit, *in ſimplicibus verum eſſe tangere*, id eſt, percipere rem, *ignorare autem eſſe, non tangere*; i. e. non percipere rem. Alia autem ratio eſt *ſecundæ mentis operationis & complexorum.* Quia enim plura ſunt, quæ cõponuntur aut dividuntur, poſſunt ea repræſentari quidem & ſignificari, atque ita eſſe objectum tùm ſecundæ mentis operationis, tùm orationis; ut tamen quoad compoſitionem vel diviſionem inter illas & objectum difformitas intercedat.

Per ſe, ut probatum fuit. *Per accidens* autem veritas & falſitas propriè dicta, etiam ſimplicibus conceptibus competit, nempe, *ſi accedat compoſitio vel diviſio.* Si enim conceptum ſimplicem cum alterô componas ita, ut res repræſentatæ compoſitæ ſint, veritas eſt. Si autem compoſitæ non ſint, falſitas. Simpliciter, ſi dividas conceptus, quibus reſpondent res diviſæ, veritas: ſi dividas, quibus reſpondent compoſitæ, falſitas eſt. Huc pertinet, quod aliquoties *jam cit. t. 22. l. 9. met.* dicitur, *non fieri ut circa ipſum quid eſt decipiamur, niſi per accidens.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [65] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [66] - -

Y. TAB. XXIII. De Bono.

In doctrinâ Boni spectandum

1. *Ipsum Bonum*, quod veteres dicebant esse *id, quod omnia appetunt*, quod etiam Aristoteles probat. Sed ista definitio assignata est per proprietatem, cùm bonum aliquid esse, causa sit, cur appetatur. Dicitur autè aliquid **Bonum**

Alteri, quod est alicui conveniens: ut forma materiæ, homini scientia, missio sanguinis plethorico.

1. *In se*, & cõsideratur
   - *Formaliter*, vel *in abstracto*, & nihil aliud est, quàm *perfectio alicui inesse debita*. Quod probatur ab oppositô, quia *malum formaliter est carentia perfectionis inesse debitæ*, ut conceditur.
   - *Materialiter*, sive *in concreto*: Et est *id, quod perfectionem debitam habet*. Et potest dici bonum
     1. *Essentialiter*, & est *id, cui nihil deest, quod ad essentiam ejus pertineat*. Quomodo *omne Ens est bonum*. Et ita sumitur, cum dicitur, *bonum esse attributum Entis*. Nulli enim rei deest aliquid eorum, quæ essentiam ejus constituunt; aliàs enim non esset illa res. Ut si homo sive animal non esset, sive ratione destitueretur, hôc ipsô homô non esset.
     2. *Ratione accidentium*. Et hôc modô non omne Ens bonum est, ut patet in Diabolô & hominibus pravis.
     2. *Simpliciter, cui nihil ullius perfectionis debitæ deest*, ut Deus. Ut autem creatura sic perfecta dicatur, oportet præter suam essentiam omnia accidentia, quæ ipsi conveniunt, obtineat.
     2. *Secundum quid, cui certa aliqua perfectio obtigit, etsi aliâ sive pluribus aliis careat*. Ut potest e. g. aliquis esse bonus Medicus, qui non sit bonus Musicus.

2. *Propter aliud, quod est bonum & conveniens, quia aliud est bonum, ad quod consequendum conducit*, & dicitur *utile*. Ut potio amara est bona ægroto, quia confert ad sanitatem ipsi restituendam.

2. *Per se*, & est
   - *tale ratione delectationis*, quam secum affert, & dicitur *jucundum*.
   - *Honestum, quod præcisâ delectatione est conveniens naturæ ratione utenti*, quatenus est talis. Ut virtus & operatio secundum virtutem. Patet igitur, hanc divisionem esse illam vulgatam *boni (humani)* in *honestum, utile & jucundum*, 2. *Eth. c.* 2. & 8. *Eth. c.* 2. Honestum potest dici *bonum simpliciter*, reliqua duo *bona secundum quid*.

3. *Morale*, & est idem, quod *honestũ*, sive *quod est conveniens homini, ut liberè operatur*.
   Naturale, quod est conveniens cuique naturæ, sumptâ naturâ, *ut est in operandô ad unum determinata*. Nam bonum honestum & ipsum est conveniens naturæ, sed rationali, ut rationalis est; sive ut liberè operatur. Hæc divisio est *boni per se*, quod scilic. per se bonum est, etiam non habitâ ratione delectationis.

4. *Verum, quod* ut vulgò docetur, *tale est, quale existimatur*. Hinc quodlibet jucundum est verum bonum. Verùm Aristoteli id tantùm ita dicitur, *quod rectè eligens sive vir probus pro bonô habet*, quale est *honestum*.
   Apparens, quod juxta vulgatam doctrinam, est, *quod existimatur*, cùm tamen non sit in re. Sed Aristoteli illud etiam hôc nomine venit, *quod revera illis, qui vitam voluptuariam sectantur, jucundum est*. Ità patet ex 3. *Eth. ad Nic. c.* 4.

2. Ejus oppositum *malum*, quod est malum

Alteri, quod est alicui disconveniens, ut calor febrilis animali.

1. *In se*, cujus considerandum
   - *Formale*, quod est nihil aliud, quàm *privatio perfectionis debitæ ineſſe*. Hoc igitur *non est aliquid positivum*.
   - *Materiale*, & est id, *quod caret perfectione debitâ*, vel *quod denominatur à malo formaliter sumptô*, & *est aliquid positivum*. Ut, in *furtô* duo sunt, *motus manus*, quô aufertur res aliena, & *pravitas illa motui accidens*. Illud *materiale* est, hoc *formale*. Potest autem hîc attendi perfectio.
     - *Essentialis*, & hâc nulla res caret. Unde *nulla res est essentialiter mala*, neque sic bono, quod est transscendens, ullum opponitur malum, sicut constat ex ante dictis.
     - *Accidentalis*, & *sic multa res sunt mala*, sicut est evidẽs.

2. Ut Thomas docet, *P. 1. q.* 48. *art.* 5. & 6:
   - *Culpæ, carentia perfectionis debitæ secundùm liberam actionem.*
   - *Pœnæ, qualibet alia carentia boni debiti contracta ob culpam.*

Z. TAB. XXIV.

De PERFECTO, quod cognatum est BONO.

In doctrinâ *Perfecti* attendendum est

- 1. *Concretum*, nempe ipsum *perfectum*. Dicitur autem aliquid perfectum
  - Primò
    - *Per se primò*, & est perfectū in
      - *Quantitate*, id scilicet, *extra quod nihil licet sumere, quod ejus pars sit*, vel *cui nulla pars quantitatis deest*, ut: annus perfectus est, cui nulla dies aut hora deest. Vide *III. Phys. t. 63. V. Met. c. 16. & X. Met. t. 8.*
      - *Virtute, quod in aliquo genere non superatur in benè habendo*, ut medicus vel tibicen perfectus est, qui in eâ arte à nemine superatur. Quanquàm ad mala etiam transfertur: sicut *perfectum furem & perfectum calumniatorem* dicimus. Quod & bono contingit. Dicimus enim *bonum furem*.
      - *Consecutione finis*, quibus ineſt finis ſtudioſus, h. e. ſtudiô & labore dignus. Τέλεια enim, hoc eſt, perfecta κ᾽ τὸ ἔχειν τέλος, ab habendô fine appellata ſunt. Hâc ratione perfectus victor eſt, qui hoſtem debellavit.
    - *Secũdariò & per habitudinem aut attributionem quandam ad priora*. Et ſic perfectum dicitur aliquid, quia
      - *Facit perfectum*, ut corporis exercitatio dicitur perfecta, quia facit athletam perfectum.
      - *Habet id, quod eſt perfectum*, ſicut is eſt juvenis perfectus, qui ad perfectam juventutem pervenit, & Sol perfectus, quia habet lucem perfectam.
      - *Aliàs rei perfectæ aptatur, aut ex eâ denominatur*, ut contemptus injuriarũ perfectus dicitur, quia viro magnanimo convenit, qui eſt perfectus in virtute.
  - Secũdò
    - *Eſſentialiter*, vel *à perfectione eſſentiali, cui nihil deeſt, quod ad eſſentiam ejus requiritur*. Et ſic omnium figurarum Syllogiſmi dicuntur perfecti; Enthymema autem non perfectus, ſed imperfectus Syllogiſmus eſt, quia ad eſſentiam Syllogiſmi requiruntur duæ præmiſſæ, at Enthymema alterâ præmiſſarum deſtituitur. Notandum autem, id, cui vox *imperfectum* hôc modô additur, tribui rei æquivocè, e. g. Enthymema, quia eſt eſſentialiter imperfectus Syllogiſmus, eſt æquivocè Syllogiſmus.
    - *Accidentaliter*, vel *à perfectione accidentali*. Et ſic ſecundæ & tertiæ figuræ Syllogiſmi dicuntur imperfecti, quia carent illâ evidentiâ neceſſariæ conſequentiæ, quam propter dictum de omni prima figura obtinet.
- 2. *Abſtractũ*, quod eſt *perfectio*. Ubi ſciendũ, quòd
  - Primò *ſit duplex perfectio*, nempe
    - *Simpliciter, quæ in ſuo proprio & formali conceptu importat perfectionem cum nullâ imperfectione*. Ab Anshelmo definitio hujusmodi traditur: *Perfectio ſimpliciter eſt, quæ in quolibet ente* (conſiderato ut eſt Ens) *melior eſt ipſa, quàm non ipſa*, (id eſt, quàm quodlibet ipſi repugnans,) ut intellectus, voluntas, ſapientia, bonitas, veritas.
    - *Secundùm quid, ſive in hôc aut illô*, ut appellatur à Cajetanô, & eſt, *quæ in ſuo propriô & formali conceptu importat perfectionem imperfectioni mixtam*, ut natura humana, natura equi.
  - Secundò *Perfectio alicui inſit bifariàm*
    - *Formaliter, cujus definitio convenit alicui, quod ipſi ineſt*, ut calor eſt formaliter in igne, quia definitio caloris eſt, quòd ſit qualitas elementaris, congregans homogenea, & ſegregans heterogenea. At in igne reperitur ejusmodi qualitas. Sol verò dicitur calidus, cui tamen calor non ineſt formaliter, quia in Sole nulla eſt qualitas elementaris.
    - *Eminenter, quæ cùm alicui non formaliter inſit, ineſt tamen ei aliquid nobiliùs ipsâ, cum vi producendi eam*. Et hôc modô calor ineſt Soli, & omnes creaturæ ſunt in Deô.


ATque hæc de iis, quæ ad Partem Communem Metaphyſicæ *pertinent, dicta ſint*. Particularem *quod attinet, Tyronibus vel iis, quibus Compendium Metaphyſicæ proponitur, videntur ſufficere, quæ Logici in Prædicamentis tractant. Quemadmodum nec* de modis Prioris, de generibus oppoſitorum, *quorum tractatio aliàs ad univerſalem Metaphyſicæ partem ſpectat, hic agere voluimus, quòd ex Logicis ea nota ſint.*

DISCUR-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [68] - 30

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [69] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [70] - -

DISCURSUS

Super

Ipſas Tabellas has ante

quadriennium à B. Auctore habiti, & ab Auditoribus, uti potuerunt, excepti.

Nunc autem

LOCO NOTARUM QUARUNDAM ADJECTI.

CVM INDICE LOCVPLE-
TISSIMO

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [71] - -

DISCURSUS

Super

Ipfas Tabellas has ante

quadriennium a B. Augore habiti, & ab

Auditoribus, uti poterunt, excepti.

Nunc autem

LOCO NOTARUM QUARUNDAM ADJECTI.

CUM INDICE LOCUPLE-

TISSIMO

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [72] - -

DISCURSUS

de

Ipsas Tabellas has ante

[illegible]


LOCO NOTARIUM QUARUNDAM

ADJECTI

[illegible]

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [73] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32 Leibn. Marg. 32, [74] - -

PROOEMIUM.

COnsuetudinis est, ut qui disciplinam aliquam studiosæ iuventuti proponere & explicare constituit, antequam illud explicet & proponat, aliqua de ejus *NECESSITATE*, *DIGNITATE* ac *UTILITATE*, quam in aliis rebus & disciplinis habet, præfetur. Nos itaque *METAPHYSICAM* explicare adgredientes, ne deesse forsan alicujus expectationi, vel contra istam consuetudinem agere videamur, etiam quæ *Metaphysicæ dignitas, necessitas atq; utilitas* sit, paucis ostendere constituimus.

Quantum verò primùm ad *dignitatem*; æstimatur communiter alicujus disciplinæ dignitas, eminentia atque præstantia, vel ex *modò tractandi*, vel ex *objecto*. Quâ priorem rationem, nempe *modum tractandi*, non admodum eminere nostram Metaphysicam præ disciplinis aliis, equidem concedere cogimur. Videntur enim hâc in parte Scientiæ Mathematicæ potissimùm excellere, dum maximè necessariis, evidentissimis certissimisque nituntur demonstrationibus, qualibus disciplinæ reliquæ non nituntur. Et hâc ratione cedit illis disciplinis nostra Metaphysica. Sed, ut diximus, æstimari etiam disciplinæ cujusdam dignitas, præstantia atque eminentia solet ab *objecto*, circa quod versatur. Quâ ratione illa disciplina dignior & præstantior est aliis, quæ nobiliores atque præstantiores tractat res, quàm tractant disciplinæ aliæ. Quò quidem pactò nostra Metaphysica Scientiis Mathematicis longè excellentior est atque nobilior. Occupatur enim in genere quodam substantiarum, nempe incorporearum, & in quantùm etiam corporearum; Cùm Scientiæ Mathematicæ ex adversò in quantitate & figuris, quæ accidentia sunt, versentur, & substantiæ rationem non attingant, teste Aristotele *XII. Metaphysic.*

Et sanè quantum ad objectum, est Metaphysica præstantissima omnium disciplinarum aliarum, quæ usitatissimè etiam *prima Philosophia* appellatur, ut in subseqq. audiemus. Subjectum enim, vel potius objectum est inter alia Ens summum & infinitum, DEUS. Unde etiam *VI. Metaphys. c. 1.* ἐπιστήμην θεολογικὴν. *Scientiam Theologicam vel de Deo* adpellari legimus. Ubi tamen animadvertendum, Metaphysicam esse ac vocari scientiam θεολογικὴν, & proponere doctrinam de Deo, solùm *quantum ad ea, quæ lumine naturæ de eò possint cognosci.* Theologia enim quam alias *Sacro-sanctam* nominamus; à nostra Metaphysicâ alia; de Deò agit *quoad ea, quæ ex revelatione divina & sacris literis nobis innotescunt.*

Summam hanc Metaphysicæ præstantiam atq; eminentiam commendat nobis Philosophus porrò *I. Met. c. II.* ubi eam vocat Scientiam ἀρχικωτάτην. Et *III. Met. c. II.* appellans: *Scientiam maximè principem, cui scientia cæteras, tanquam ancillas, non contradicere decet.* Et ulteriùs *I. posterior.* nominans κυρίαν πάντων, *dominam omnium*, intellige *illarum scientiarum, quæ ex principiis naturâ notis dependent.* Horum omnium verò ratio non saltim ex *citatò Cap. II Lib. III. Metaphys.* sed etiam ex *I. Ethicor. Nicomach. cap. II.* reddi potest hæc, quòd *ea disciplina est præstantior altera, quæ habet ac cognoscit illius finem ultimum.* Ut e.g. Medicinam vel artem Medicam videmus esse præstantiorem arte pharmaceuticâ. Medicina enim est illa disciplina, quæ sanitatem cognoscit, & quid ea sit, in quò consistat ejus natura, quibus modis etiâ vel præsens in homine conservetur, vel amissa restituatur, docet. Ad quam proinde quoniam ordinatur pharmaceutica, illius est, Medicinæ præceptis obtemperare, & sicut hæc præscribit, omnia instituere. Est ergò Medicina præstantior pharmaceuticâ. Et sic verum absolutè, *illam disciplinam esse præstantiorem alterâ, quæ hujus alterius finem ultimum cognoscit.* Jam verò subsumimus & dicimus: *Metaphysica cognoscit finem omnium disciplinarum, imò omnium rerum.* Ejus n. est tractare de DEO, quem omnium finem ultimum esse vix dubitationem habet, vel probationem meretur. Ratiocinamur igitur ex positis ita: *Si illa disciplina vel scientia, quæ alterius finem cognoscit, eâ est præstantior, sequitur, quod & illa, quæ cognoscit finem omnium aliarum disciplinarum, omnibus aliis sit præstantior. Sed*, sicut ostendimus, *verum est prius. Ergò & posterius.* Consequentia probatur inde, *quia sicut se habet illa disciplina, quæ finem ultimum unius alicujus scientiæ cognoscit, ad illam, cujus finem ultimum cognoscit: Ita se habet etiam illa, quæ cognoscit finem ultimum omnium aliarum disciplinarum, ad omnes alias disciplinas.* Est enim par ratio. Cùm autem *Metaphysica sit illa scientia, quæ omnium aliarum scientiarum finem ultimum cognoscit*, ultrò patet, *illam omnibus aliis esse præstantiorem*; & sic *præstantissimam simpliciter.*

Sed obstat hic locus *I. Ethic. Nicom. Cap. II.* ubi Aristoteles eminentiam ac præstantiam hanc, quam nos Metaphysicæ competere diximus, *Politicæ* tribuit. Verba hæc sunt: *Videbitur a. ad potentissimam & maximè principem pertinere. Ejusmodi verò esse Politicam, apparet.* Videtur ergò Philosophus sibi ipsi contradicere, dum, quod nunc attribuit Metaphysicæ, alibi tribuit Politicæ.

Sed Resp. quando dicit Philosophus l. c. *Politicam esse disciplinam potentissimam & maximè principem*, illud non *absolutè, quasi sit omnium in universum disciplinarum potentissima, & omnium maximè princeps*; sed *respectivè, & in certo genere* esse intelligendum, quòd sit scilicet *maximè princeps inter disciplinas practicas, & quæ versantur in agendo.* Patet illud ex ipsò contextu, qui inspiciatur; Proinde sit licet Politica princeps inter disciplinas practicas, manet tamen Metaphysica præstantissima simpliciter & absolutè.

Posset vero hîc iterum aliquis objicere: *Politicam etiam imperare vel præcipere ipsi Metaphysicæ.* Præcipit enim ac præscribit Politica, *quid ac quomodo quodque in civitate rectè sit agendum: destinat etiam ac constituit Sapientibus ac Sapientiæ Professoribus certa salaria; ornat item eos privilegiis, immunitatibus, honoribus,* & quæ sunt alia plura, quæ ipsa jubet. Constat verò ex *l. Metaph. c. 7.* quòd Metaphysica Sapientia vocetur. Imò demonstrat ibi Philosophus, quòd revera sit Sapientia, eique omnes sex Sapientiæ notas competere probat. Videtur ergò utique ipsi etiam Sapientiæ atque Metaphysicæ imperare Politica.

Verùm adhibenda est hîc pulchra illa distinctio, quam habet Philosophus *VI. Ethic. cap. ultimo.* Ibi enim distinguit hæc duo: *Imperare* vel *præcipere alicui*, & *imperare* vel *præcipere pro aliquo.* Politica non præcipit vel imperat sapientiæ. Nam ut habetur *lib. I. Metaphysicæ.* Sapientiæ vel Sapientis est præscribere aliis, quid facto opus sit, & aliorum est sapientes audire, & ipsorum præscripta sequi; Sapientis autem non est alios audire, vel pati, ut sibi ab aliis aliquid præscribatur. Quando autem Politica sapientibus locum concedit in Republica, item, quando porrigit stipendia, salaria, &c. hoc ipso non præcipit vel imperat *Sapientiæ*, sed pro *Sapientia.* Ut Medicus non præcipit sanitati, sed pro sanitate, ut amissa rectè restituatur, vel si adest, conservetur. Et hæc de *præstantiâ, eminentiâ ac dignitate primæ Philosophiæ*, quæ meritò *aliarum scientiarum principissa aut Regina* dici potest.

Nunc aliquid etiam de ejus *necessitate* dicendum est. Quia autem illa, ubi de utilitate dixerimus, simul apparere solet, igitur statim & quidem paucis de ejus *utilitate* aliquid præfabimur. Non autem dubito, quin quilibet Dominorum Auditorum eam de Metaphysicâ habeat opinionem, quòd sit ejus multiplex & summus usus in aliis scientiis & facultatibus. Nisi enim ita sibi persvasum haberent, dubio procul huic collegio non subscripsissent, neque constituissent tempus huic studio impendere. Fundatur autem *summa ista utilitas, quam habet Metaphysica in aliis quoque scientiis, in universalitate* sive *generalitate ejus.* Nam versatur Metaphysica *circa ens in suâ latitudine & quatenus est ens*, considerans *conceptum entis generalissimum*, de quâ re dicemus infrà. Considerat etiam Metaphysica *prima & universalissima cognitionis principia*, ut sunt: *impossibile est idem simul esse & non esse; quodlibet est, aut non est.* Ubi prius etiam sic enunciatur: *Duo contradictoria non possunt esse simul vera*; posterius ita: *inter duo contradictoria non datur medium.* In hæc sanè principia omnia nostra cognitio resolvitur. Quicquid enim hisce principiis adversatur, necesse est esse falsissimum. Nam ne DEUS quidem facere potest, ut aliquid simul sit & non sit; nec tamen quid quam sic detrahitur omnipotentiæ divinæ, ut inferiùs fusiùs dicemus, quando agemus de Potentiâ DEI absolutâ. Agit porrò Metaphysica *de universalissimis entis attributis*, de *Uno*, de *Multo*, de *Eodem*, de *Diverso, quot modis dicantur eadem, quot modis diversa, de actu, de potentiâ, quot modis aliquid dicatur actu vel potentia.* Exponit *quid sit principium, quid principiatum, quid causa & causatum, quot sint causarum genera.* Docet, *quid sit esse necessarium, quid contingens, quot modis hæc duo dicantur*, & alia multa. Quæ omnia cùm universalissima sint, in omnibus scientiis & facultatibus locum & usum habent. Manet itaque Metaphysicam ad omnes disciplinas & facultates etiam summum adferre usum, qui quidem summus usus in progressu nostrarum lectionum longè evadet evidentior. Sunt præterea qui hâc de re fusiùs in particulari multa præfati sunt; Sed nobis non videtur esse commodum diutiùs huic rei immorari. His itaq; prælibatis, conferimus nos ad rem ipsam. Et quidem sequitur


TABULA I.

DE CONSTITUTIONE METAPHYSICES.

Dicitur hæc nostra disciplina *METAPHYSICA*, quam vocem derivant à μετὰ & Φυσικὴ, q. d. μετὰ τὰ τῆς Φυσικῆς. Ubi exponendum est quid significet h. l. vocula illa μετὰ. Bifariam enim exponitur: (1.) ut idem sit quod *post.* (2.) idem quod *trans* vel *sub, super.* Utrôque modô in præsenti rectè exponitur. Si enim exponitur per *post*, tunc Metaphysica erit disciplina, dicta quasi *post physica* seu *post naturalis*, idq; præcipuè *ratione inventionis.* Inventa enim est post scientiam physicam, cujus ratio potest asseguari à naturâ cognitionis, quæ oritur à sensibus, quatenus illam necesse est antecedat cognitio unius atque alterius sensus. Unde illud *III. de animâ: Nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu.* Factumque, ut sensibilia, vel quod idem, per sensus cognoscibilia, dicta sint nobis notiora, & priùs à nobis cognoscibilia. Quô pertinet illa Aristotelis distinctio *I. Poster. u. & I. Physic. cap. 1. ut & VI. Topicorum*, locisque aliis, dicentis, quædam esse γνωριμώτερα τῇ Φύσει, *notiora naturâ*, quædam ἡμῖν ἢ καθ' ἡμᾶς, *nobis sive quoad nos.* Quæ pluribus illustrari, unâve ac alterâ responsione ad diversas objectiones, quas nonnulli proferunt, dilucidari possent, si nostrum pateretur institutum. Sed quo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [77] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [78] - -

quoniam brevitati nobis est litandum, ea mitti- A mus, & revertimur ad præcedentia.

Diximus Metaphysicam dici *postnaturalem*, quod post physicam sit inventa, & quidem ideò quia Physica tractat τὰ αἰσθητὰ, res sensibiles & in sensus incurrentes, v. g. Elementa, corpora mixta, &c. Metaphysica autem de substantiis separatis, DEO & intelligentiis, quæ in sensus non incurrunt, nec priùs quàm res sensibiles cognosci possunt, suam tractationem instituit,

Si porrò vocula μετὰ exponitur per *trans* vel B *supra*, tunc Metaphysica dicitur quasi *scientia transnaturalis* vel *supranaturalis*, qua ratione etiam ab Erasmo Roterodamo in *præfatione ad Augustinum* vocatur *scientia transmundana*. Dicitur autem Metaphysica rectè *scientia transnaturalis*, quia tractat ea, quæ transcendunt illa, quæ in physicis considerantur, & sunt illis superiora. Quod ipsum quidem etiam non uno modo se habet. Potest enim (1) dici aliquid transcendere res naturales vel *perfectione & nobilitate*, vel etiam *causalitate*. Quo- C modo DEUS transcendit res naturales, quia est ens perfectissimum & causa rerum omnium. Possumus etiam de aliis substantiis separatis dicere, quod superiores sint rebus naturalibus, vel eadem transcendant nobilitate, perfectione ac præstantiâ. Deinde potest aliquid dici transcendere res naturales *prædicatione*, seu *quoad latitudinem prædicandi*. Quomodo illud dicitur *transcendere aliud, quod de alio prædicatur*. Quomodo omne genus est superius specie, sive transcendit speciem, D quia genus prædicatur de specie, & si multas sub se habet, de iis omnibus. Sic & species transcendit Individua, quia de multis individuis prædicatur. Et hâc quoque ratione, quæ considerantur in Metaphysicâ, sunt superiora rebus naturalibus, vel eas transcendunt, quatenus nimirum ibi agitur de *universalissimis conceptibus entis, de actu & potentia*, de *principio & principiato*, de *causa & causato* &c. Quæ prædicantur de omnibus rebus physicis, imò etiam de aliis. Sic Metaphysicus agit de *substantia* latissimè & in conceptu maximè generali considerata, quæ latior corpore naturali. Patet ergò satis rectè dici *Metaphysicam*, sive μετὰ per *post*, sive per *trans* exponas.

Sed hîc notandum, quod Aristoteles hoc nomen expressè non usurpaverit; est tamen ejus vetustissimorum discipulorum & Interpretum, ut *Alexandri, Theophrasti*, & aliorum.

Sunt insuper alia etiam nomina, quibus honestatur Metaphysica ab Aristotele. Dicitur sæpe F *prima Philosophia*, ut *VII. Met. c. I. I. Phys. tex. 82.* & *II. Physic. tex. 26.* & aliis in locis. Dicitur autem *prima Philosophia*, ideò, quia explicat *primas causas rerum*; agit de *prima causa omnium*, nempe de Deo, item agit de *primis & universalissimis principiis*, qualia sunt *impossibile est idem simul esse & non esse. Nihil est sui ipsius causa*, &c. Item, agit de *universalissimis conceptibus*, ut & de aliis universalissimis rebus, & iis, quæ per omnes se diffundunt disciplinas. Et sic rectè dicitur *prima Philosophia*.

Dicitur Metaphysica porrò etiam *Theologia VI. Met. c. I.* Quod agat de DEO, non quidem ut S. S. Theologia, sed ex *principiis lumine ipsius naturæ notis*. Putaverunt quidem nonnulli, quia Metaphysica dicatur Theologia, ejus objectum adæquatum esse DEUM, sed ratio ab appellatione deducta cùm nulla sit, igitur cùm aliam rationem non videamus, statuere hoc nolumus. Non enim quando disciplinæ cuidam variæ dantur appellationes, statim illæ desumuntur ab objecto adæquato, sed sæpius inadæquato etiam. Est ergò Deus subjectum Metaphysices, sed tantummodò inadæquatum.

Dicitur porrò *sapientia*, de quâ re multa philosophatur Aristoteles *cap. 2. I. Met.* Et hanc appellationem Metaphysicæ convenire ex professo ibi docet & ostendit. Nos *Metaphysicam esse sapientiam* possumus ex *VI. Ethic.* sic probare: Dicit ibi Philosophus *sapientiam esse scientiam, habentem caput rerum præstantissimarum*, seu *honore dignissimarum*. Quod jam Metaphysica primò agat de *rebus præstantissimis & honore dignissimis*, satis patet ex dictis. Agit enim de DEO & aliis substantiis separatis seu spiritualibus, quæ res sunt præstantissimæ. *Caput* autem quando sapientia habere dicitur *rerum præstantissimarum*, per *caput* intelliguntur *prima principia*. Patet ergò secundò *Metaphysicam non tantùm agere de rebus præstantissimis, sed etiam earum habere caput*, cum agat *de principiis primis & universalissimis*. Et tantum de variis Metaphysicæ appellationibus.

Transimus nunc ad ipsam *definitionem Metaphysices*. Proposuimus in nostrâ Tabula qualemcunque *nominis descriptionem*, nempe quod *Metaphysica sit scientia universalissima, considerans ea, quæ naturalia transcendunt*. Hæc autem non est accurata definitio, cùm non speciatim subjectum ejus adæquatum afferatur. Dicitur autem *scientia universalissima*, quia agit *de ente in suâ latitudine*, item de *iis, quæ enti in suâ latitudine insunt*. Deinde dici potest, quod sit scientia universalissima, quia *considerat, quæ rebus naturalibus longè sunt superiora*, & quidem *ratione prædicationis*, quia prædicantur de omnibus rebus. Nam non tantùm corpus naturale aut substantia est ens, est unum, &c. sed & accidentia sunt entia, &c. Et sic constat aliquo modo de definitione nominis.

Quantum ad definitionem rei accuratiorem attinet, nobis dicendum I. de ejus *genere*, & II. de *objecto*.

Genus est *scientia*. Duplex autem constitui solet scientia, *theoretica & practica*. Aristoteles practicâ strictè utens triplicem facit scientiam; *theoreticam, practicam & effectricem*. Sed nulla est pugna, cùm qui duplicem solent constituere, latiùs sumant scientiam practicam, Aristoteles autem sumserit strictius. Jam dicimus Metaphysicam esse *scientiam theoreticam*, quia res suas non ideò cognoscit, ut ad operationem referat, quod est scientiæ vel potiùs disciplinæ practicæ, sed in

contemplatione acquieſcit. Ita enim ſe res habet in ſcientiis theoreticis, ut expetamus ſcientiam rerum propter ſe ipſam, ſemotâ omni utilitate. In Metaphyſicis autem quæ tractantur, cognoſcimus ſolius ſcientiæ causâ, nec illa cognitio per ſe refertur ad aliquod opus.

Ut definitionem conſtituamus integram, adjungimus generi *objectum*. Sed de hôc plurimùm diſceptatur inter Interpretes Ariſtotelis, & modernos Autores. Et ſanè plurimæ ſunt ſententiæ, & res tantæ eſt difficultatis, ut vix ſententia aliqua haberi poſſit, quibus non aliqua obſtent, quæ vix poſſunt removeri. Videri poteſt hâc de re *Suarez Diſp. Metaph. I. Fonſeca IV. Metaph. q. 1. Javellus I. Metaph. q. 1. Soncinas in IV. Metaph. q. X.* Peculiarem hâc de re tractatum ſcripſit *Arniſeus*. Abſit ut nos in præſenti omnia, quæ hîc moventur, afferamus, aut multas horas huic uni rei impendamus. Nos hâc vice eò erimus intenti, ut breviter explicemus, & *vulgatiſſimam ſententiam* paulò melius examinemus, nempe eam, *quæ ſtatuit, quod ſubjectum Metaphyſicæ ſit Ens quatenus Ens.* Oſtendimus autem, nos in hac ſententia non poſſe omninò acquieſcere; Deinde noſtram ſententiam adferemus.

Ante omnia autem ſciendum, ſermonem hîc nobis eſſe de eò, quod *propriè dicitur objectum* ſ. *materia circa quam*, & eſt id, *in quò*, ſeu *circa quod aliqua facultas* vel *habitus verſatur*. Sic viſus objectum eſt color, quia viſus exercendo actum videndi verſatur circa colorem, &c. Quæritur ergò jam hoc, *quodnam ſit id, circa quod verſetur ſive occupata ſit Metaphyſica?*


Deinde ſciendum enim hoc, nos loqui *de objecto ſpecialiùs ſic dicto*, ut nimirùm *diſtinguatur ab affectionibus & principiis*, uti expreſsè ſic diſtinguitur *1. prior. Anal.*

Tertiò notandum quoque id eſt, nos intelligere hîc *ſubjectum adæquatum*, quod nempe eſt *æquale toti diſciplinæ, ut nec eam excedat, nec ab eâ excedatur*, & eſt illud, *quod continet omnia, quæ in aliqua diſciplinâ ut ſubjectum conſiderantur, & circa quæ diſciplina verſatur ut circa ſubjectum, & continet ea ſola, & nihil amplius.*

Sciendum ultimò, ſubjectum conſtare duabus partibus, quarum una dicitur *res conſiderata*, altera *modus conſiderandi*. Res conſiderata dicitur *ſubjectum materiale*; Modus conſiderandi dicitur *formale*. Res conſiderata, ut ipſum nomen indicat, eſt *quod in aliquâ diſciplinâ vel ſcientiâ conſideratur*; (loquor autem de contemplativis ſcientiis, in practicis enim ſæpè eſt alia ratio) Modus autem conſiderandi, ut iterum nomen indicat, *eſt ratio ſub qua res conſideratur*. Sic *in Phyſicis* res conſiderata eſt *corpus naturale*. Cùm autem corpus naturale pluribus poſsit conſiderari modis, ut nempe eſt ens, ut eſt ſubſtantia, ut eſt quantum, proinde addendus hîc certus modus eſt, nempe in phyſicis conſiderari *corpus naturale quatenus naturale*, h. e. corpus naturale hîc non aliter conſiderari, quàm *ut habet principia naturalia motûs & quietis*, &c.

His præmonitis revertimur ad noſtrum inſtitutum. Communis & vulgatiſſima (ut ſuprà dictum) ſententia eſt, *ſubjectum Metaphyſices adæquatum eſſe Ens quatenus eſt Ens*. Ubi res conſiderata eſt *Ens*; modus conſiderandi *quatenus eſt Ens*. Hæc ſententia eſt deſumpta ex *l. IV. Metaph. c. 1.* & quidem ex verbis initialibus, quæ ita ſonant: *Eſt ſcientia quædam, quæ contemplatur ens: qua ratione eſt ens, & ea, quæ Enti per ſe inſunt.* Hîc dicit Ariſtoteles, *dari diſciplinam conſiderantem Ens quatenus Ens*, & diſtinguit ſic quandam diſciplinam à ſcientiis particularibus. *Libro* autem *VI. Metaphyſ.* dicit, *Metaphyſicam eſſe ſcientiam univerſalem*, & ſic Metaphyſicam abſcindit à reliquis ſcientiis, quæ ſunt particulares, nec conſiderant Ens generaliſſimum, ut Metaphyſica. Sed aliquam ſaltem ejus partem ſive ſpeciem Entis. Sic Mathematica agit de Ente non quatenus Ens eſt, ſed abſcindit partem, v. g. Geometria quantitatem continuam ſive magnitudinem, Arithmetica verò quantitatem diſcretam. Metaphyſicam autem (ut reperam) dicunt conſiderare Ens, non ut eſt hæc vel illa ſpecies, hæc vel illa ſubſtantia, hoc vel illud accidens, ſed præſcindere *Ens* ab omnibus his ſpeciebus, & conſiderare *quatenus eſt Ens*. Hæc eſt pervulgatiſſima illa ſententia de objectô Metaphyſices.

Sed nos nondum poſſumus huic opinioni calculum noſtrum adjicere. Ut autem appareat, nos non ſine ratione diſcedere ab hâc communi ſententiâ; afferemus argumentum, quod olim quoque ad calamum dictavi: *Si ſubjectum Metaphyſices adæquatum eſt Ens quatenus Ens*, aut eſt *ſubjectum adæquatum tantùm ſecundùm communiſſimam rationem entis*, aut *tantùm ſecundùm rationes ſpecialiores*; *excluſô conceptu communi*; aut *ſecundùm conceptum univerſaliſſimum & ſpecialiores ſimul*, *eaſque vel omnes vel quædam*. Sed *Ens quatenus Ens ſecundùm rationem univerſaliſſimam Entis non poteſt eſſe ſubjectum adæquatum Metaphyſicæ*. Ratio eſt, *quia in Metaphyſicis conſideratur etiam quid ſit ſubſtantia & quidem ſub ratione ſubſtantiæ*. Ratio univerſaliſſima autem Entis eſt abſtracta à ſubſtantiâ & accidente. Quoniam ergò Metaphyſica agit etiam de ratione ſubſtantiæ; ideò *Ens quatenus Ens, tantùm ſecundùm rationem communiſſimam Entis, non poteſt eſſe ſubjectum adæquatum*. Nec ſecundò ſubjectum Metaphyſices adæquatum poteſt eſſe *Ens, ut ſumitur tantùm pro inferioribus. & non in conceptu univerſaliſſimo*, ita ſcilicet, ut Metaphyſica agat tantùm de ſubſtantiâ ſub ratione ſubſtantiæ, quæ eſt Ens per ſe exiſtens, item, de accidente ſub ratione accidentis, quæ eſt, quod ſit inexiſtens in ſubjectô. Patet enim quod & *univerſaliſſimus conceptus entis pertineat ad Metaphyſicam*. Et uti conſtat, agit ea etiam *de eo, quod Enti in ſuâ latitudine convenit*, ut *deuno, vero, bono*, &c. Et hæc inſunt Enti non ut eſt ſubſtantia, ſed in ge-



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [81] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [82] - -

in genere ut Ens est. E. *Ens secundum specialiores rationes etiam non est objectum adæquatum Metaphysices.* Nec porrò *secundum rationes generalissimas, & specialiores simul Ens est subjectum adæquatum Metaphysices.* Ratio est, quia vel esset subjectum *secundum universalissimum conceptum, & omnes rationes specialiores simul*, quod non potest dici, quia sic concederetur in sententiam Mirandulani, qui concessit Metaphysicam esse congeriem omnium scientiarum. Quod autem illud sequatur facilè patet, quia sic ad Metaphysicam pertinebit agere de corpore naturali quatenus naturale, de magnitudine &c. Et ita reliquæ scientiæ erunt superfluæ, vel erunt partes Metaphysicæ. Quod cùm nemo dicat, vel dicere possit, argumentamur ita: *Quæcunq; scientia considerat Ens, quat. Ens, sumtum secundùm conceptum communem vel universalissimum, & omnes rationes specialiores simul*, secundùm conceptum substantiæ scilicet, quat. est substantia corporis naturalis, quat. est naturale, hominis, quat. est homo, & ita consequenter, *illa nihil relinquit cæteris scientiis considerandum. Sed Metaphysica relinquit aliquid cæteris scientiis considerandum*; ut patet. *E. Metaphysicæ subjectum non est Ens quat. Ens, secundùm conceptum universalissimum, & omnes rationes specialiores simul.* Neq; ultimò potest esse *ens secundùm conceptum universalissimum, & aliquas tantùm rationes speciales.* Ut ut enim verum sit Ens, quat. Ens, sumtò Ente pro conceptu ejus communi, & quibusdam inferioribus, ut pro substantiâ e. g. quat. est substantia, pro accidente quat. est accidens, esse objectum Metaphysices; tamen si dicas, *Ens quat. ens est objectum Metaphysicæ* & dictò modò intelligas, non rectè loqueris. Nemo enim usurpat vocè entis pro communi conceptu entis, & pro aliquibus duntaxat inferioribus. Deinde positò Ens ita usurpari posse, argumentamur ita: *Quæcunq; non terminantur limites Metaphysicæ, ut sciamus quænam sub ejus considerationem cadant, & quæ ab ea excludantur, id non est objectum Metaphysicæ adæquatum. Sed Ente quat. Ens est, ut pro se stat; & aliquibus duntaxat inferioribus, non terminantur limites Metaphysicæ, ut sciamus, quænam sub ejus considerationem cadant, & quæ non. E. Ens quat. Ens, ut stat pro se & aliquibus tantùm inferioribus, non est objectum Metaphysicæ adæquatum.* Major patet. Per omne enim objectum adæquatum dicunt terminari limites alicujus scientiæ, ut exinde sciamus, quousq; se extendat scientia, & quænam sub ejus considerationem cadant, quæ non. Minor verò facilè perspicitur, quia Ens quat. Ens dictò modò sumtum, non exprimit & indicat, quænam sint illa inferiora, pro quibus sumatur, & sic non patefacit. quænam species Entis sub objectum Metaphysicæ cadat, & quæ non. Stat ergò, quod diximus, *Ens quatenus Ens, non accuratè dici posse subjectum adæquatum Metaphysices.*

Nostra itaque sententia est, *subjectum adæquatũ Metaphysices esse Ens, quatenus est abstractum à materia sensibili re & ratione*, ut in tabellâ habemus. Quod ut intelligatur exponendum est, quid intelligatur per *materiam sensibilem*. Aristoteles *VII. Metaph. c. X tex. 37.* dicit, *materiam sensibilem esse* v. g. *æs, aut lignum, aut quamcunq; materiam mobilem.* Quibus verbis denotat, *materiam sensibilem esse quodlibet corpus naturale.* Omne enim corpus naturale est affectum qualitatibus sensibilibus, & proinde mobile. Huic materiæ opponitur *intelligibilis.* Per quam Thomas & alii intelligunt *materiam primam, secundum quod subjacet quantitati.* Sed rectiùs dicitur *ipsa quantitas continua, cujusque partes*, ut *3. de anim. t. 11. & 7. Metaph.* Philosophus docet. Inde jàm dicimus, quod quædam sint *reipsa à materia sensibili abstracta*; quædam verò *ab ea non abstractæ*; quædam item *abstracta ratione.* Reipsâ à materiâ sensibili abstracta sunt, *quæ extra materiam sensibilem existunt*, sive *quorum esse non est constitutum dependenter à materia sensibili.* Reipsâ à materiâ sensibili abstracta non sunt, *quæ non nisi in materia existunt, & non possunt aliter existere.* Ratione autem à materiâ sensibili quænam abstracta sint, explicatu quidem difficile videtur. Dicimus tamen esse ea, *quæ in suo conceptu formali non important materiam sensibilem, & describi possunt nulla facta mentione materiæ sensibilis.* Quæ autem ratione à materiâ abstracta sunt, ut tamen non sint reipsâ abstracta, sunt iterum *duplicia*: Quænam enim *abstracta sunt à materia non reipsa sed ratione tantùm à materia sensibili singulari vel individua*; quædam autem *sunt etiam reipsa non abstracta à materia sensibili, sed tamen abstracta sunt ratione à materia sensibili & singulari & universali.* V. G. Corpora naturalia reipsâ non sunt abstracta à materia universali, quia ex eâ sunt composita; nec etiam à singulari, quia universalia non existunt nisi in singularibus. Deinde ea, quæ considerantur in Mathematicis, non sunt abstracta reipsâ à materiâ sensibili; ratione tamen sunt abstracta non à materiâ universali, sed singulari. Constat enim scientias esse de universalibus: ut Physica non considerat hunc hominem, sed hominem in universali. Quia igitur Physica considerat corpora naturalia in universali, patet quod ea à materia sensibili singulari ratione sint abstracta. Scientiæ Mathematicæ verò considerant ea, quæ ab omni materiâ sensibili sunt abstracta, tùm singulari, tùm universali ratione. Omnia enim quæ considerantur in Mathematicis, reipsâ sunt in materiâ, sed tamen Mathematicus considerat ea, nõ ut sunt in materia sensibili, sed ut ratione ab eâ sunt abstracta. Sic quando Mathematicus e. g. definit *Circulum*, quod sit *superficies rotunda, à cujus centrò omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales*, non facit mentionem materiæ sensibilis. Porrò verò Deus, quia à materiâ nullò modò dependet, dicitur à materiâ abstractus re & ratione. Neque enim quando concipitur, opus est ut materia cogitetur, sed definiri potest, nullâ factâ mentione materiæ. Ita etiam abstracti sunt angeli, cùm

sint Spiritus, & Spiritum esse, ac materialem esse, A sit contradictio. Quæ ita *genera abstractionum*. Contra quorum *tertium*, quod *rationis* erat, possent quidem aliqua objici, nos autem nunc præterimus, quòd cognitâ doctrinâ *Veri* facilè possint solvi, de quâ inferiùs *Tabella XXII.* Repetimus autem nostram de objectô Metaphysicæ sententiam, dum diximus, *adæquatum objectum Metaphysices esse Ens, ut est abstractum à materiâ sensibilitate & ratione.* Quò jam pertinet non solùm *Ens in sua latitudine*, & ut ei attributa universalissima insunt; B sed etiam *substantia & accidens*, quia & hæc abstracta sunt à materiâ.

Sed objiciat quis, de Deo quidem & aliis substantiis separatis verum esse, quod reipsâ sint abstracta à materiâ, sed id ipsum falsum esse de Ente in suâ latitudine, item de substantiâ & accidente, ideò quod aliqua substantia sit immaterialis, alia autem & materialis. Cùm ergò Ens, item substantia vel immaterialis sit, vel materialis, non potest agi de Ente & substantiâ, ut omninò abstrahantur à C materiâ.

Sed ad hanc objectionem respondeo, duplicem constitui à Scholasticis abstractionem à materiâ sensibili realem, aliam *absolutè & per essentiam*, aliam *permissivè*. *Absolutè abstractum est à materia, quod non tantùm extra materiam sensibilem est, sed etiam nulla ratione in ea esse potest, & repugnat ei esse materiale sensibile.* Et hôc modô DEUS & aliæ substantiæ immateriales sunt abstracta reipsâ à materiâ sensibili. *Permissivè* verò *abstracta dicuntur illa,* D *quæ quidem reperiuntur extra materiam, sunt tamen & in materia.* Hôc modô Ens in suâ latitudine & quæ ei insunt, reipsâ abstracta sunt à materiâ sensibili; Scholastici vocant *abstractionem secundum indifferentiam.* Ex quibus patet Responsio ad objectionem. Probat enim illa hoc tantùm, *subjectum Metaphysices adæquatum non esse Ens, quatenus est reipsa à materia sensibili abstractum secundum essentiam.* Et hoc est verum, quia Metaphysica considerat etiam alia, quæ hôc modô non sunt abstracta. Quantum autem ad abstractionem, quâ aliquid est abstractum & re & ratione à materiâ *permissivè*, si negamus, rationem Entis, substantiæ & accidentis, non esse reipsâ à materia abstractam, ut expositimus. Patet ergò nunc, cur agatur in Metaphysicâ de *Ente in genere, & ejus affectionibus universalissimis*, quia hæc secundum rem sunt à materiâ abstractâ. Patet etiam, cur non agatur de *substantiis corporeis*, *de figuris*, &c. quia non sunt reipsâ à materiâ abstracta, nisi quod ratione sunt abstracta à materia sensibili singulari.

Sed posset quis iterum objicere, *IX. Metaph.* ipsum Philosophum constituere subjectum Metaphysices *Ens quatenus est Ens.* Verùm Resp. concedendô, *Ens quatenus est Ens, esse objectum Metaphysices, sed non adæquatum.* Ens quidem sub ratione universalissimâ in Metaphysicis consideratur, sed non solùm; consideratur enim etiam sub ratione substantiæ, accidentis. Nec voluit d. l. Aristoteles constituere objectum Metaphysices adæquatum, sed tantùm probare, quod detur *scientia quædam generalis, quæ sit distincta à Physicâ & aliis scientiis particularibus*, ex hâc ratione, quia datur subjectû generalissimum. Habemus interim quoque locum pro nostrâ sententiâ, nempe *XI. Met. c. VI.* ubi dicit Philosophus, *dari scientiam, quæ considerat Ens quatenus Ens, & quatenus est separabile.* Et tantum etiam de *Metaphysices objecto.*

Restat, ut de ejus *partibus* quoque aliquid dicamus, quod verbô fiet. Nempe, duæ sunt partes Metaphysices, *communis* seu *universalis*, & *specialis* seu *particularis.* In communi agitur de *Ente in suâ latitudine, ejusque generalissimis attributis.* In *speciali* agitur de *ratione substantiæ & accidentis*, item, de *substantiis separatis immaterialibus ac spiritualibus*, inter quas perfectissima est Deus. Sunt quidem alii, qui peculiarem etiam Deo & Spiritibus scientiam constituunt, quam vocant πνευματολογίαν seu πνευματικὴν; sed nonnulli sub Metaphysicâ eam comprehendunt. De quibus quid sentiendum sit, patet ex præcedentibus. Venimus nunc ad ipsam doctrinam de Ente, quam tradit.

TABULA II.

CUm subjectum Metaphysices sit Ens, in suâ latitudine sumtum, aliquid de eô, ut & de ejus principiis atq; affectionibus fusiùs est dicendum. Consideramus autem hîc *1. Entis synonyma. 2 distinctiones. 3. opposita. 4. principia. 5. affectiones.*

Synonyma quod attinet, dicunt vulgo idem F esse, quando dico *Ens*, ac quando dico *Res*, *aliquid.* Synonyma autem sumunt non ut in Logicis considerantur, sed ut in Grammaticis sumuntur, & idem sunt ac συνώνυμα. Et sic ipsis facilè possumus consentire.

Quidam ex recentioribus multa constituit entis Synonyma. Entis synonyma ipsi sunt *Essentia*, *natura*, *quidditas*, *definitio*, *forma*, *terminus.* Hæc enim omnia eadem ipsi sunt; sed profectò sine ratione. *Essentiam* sanè quod attinet, est illa aliquid respectivum. Nam essentia est alicujus essentia. Ens autem abstrahit à respectivô, cùm dividatur in absolutum & respectivum. Nec omne Ens esse alicujus Ens potest dici. Deinde dicitur Ens esse, *quod habeat essentiam*; jam autem unum synonymorum quomodo habet alterum? Et quod dicitur porrò de *definitione*, de *forma*, &c. absurdissimum est. Si Ens est idem quod definitio, homo non erit Ens. Non enim est definitio, sed definitum. Similiter si Ens est idem ac forma, homo non erit Ens. Non enim est forma, sed formatum. Et si quidditas idem est ac Ens, Petrus non erit Ens. Non enim est quidditas, sed res habens quidditatem. De *termino* etiam res est manifesta.

Termi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [85] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [86] - -

Terminus enim est vocabulum quoddam, ut in propositione sunt termini, subjectum & prædicatum. Sed Ens non est tale vocabulum. Sunt voces quidem entia, sed non idem sunt, quod Ens, Quæ quidem omnia ex se patent.

Accedimus ad alterum membrum, nempe *Entis distinctiones*. Et quidem à Thoma in *lib. de Ente & essentia c. 1.* dicitur Ens sumi vel pro *Ente per se*, & dicitur esse id, quod *dividitur per decem genera prædicamentorum*; quod sumptum est ex *V. Metaph.* Aristotelis, & quidem ex *c. VII.* Vel deinde, *ut significat veritatem propositionis*, & est omne id, *de quo propositio affirmativa formari potest*, vel ut exponit Cajetanus in *Comment. in Thom. quod est subjectum propositionis affirmativæ.* Nec dubito quin & Cajetanus & Thomas loquantur *de propositione affirmativa vera.*

Sed profectò hæc explicatio est aliena ab Aristotele, & quidem illò ipsò locò, quem citat Thomas, & ex quo vult hæc sua probare. Caput quidem ipse non citat, certum tamen est non posse esse aliud quàm septimum. Ibi enim Aristoteles proponit hanc distinctionem, dicens, *Ens sumi pro Ente per se, & prout idem est ac verum.* Sed Aristoteles *Ens prout idem est ac verum*, vel ut loquitur Thomas, ut *significat veritatem propositionis*, non dicit esse *id, de quo potest formari propositio*, sed dicit esse *idem quod verum*, & *quando dico EST, idem esse ac verum est.* Ergò *Ens ut significat veritatem propositionis non est id, de quo potest formari propositio affirmativa vera, sed competit ipsi propositioni, & est in ipsa propositione.* Et quod hæc sententia Cajetani sit falsa, patet, quia veritatem restringit tantùm ad *propositionem affirmativam*; Aristoteles autem dicit etiam in *negativis propositionibus esse verum.* Æquè enim vera est hæc negatio: *homo non est quadrupes*; ac si dico, *homo est bipes* affirmativè. Malè igitur ex adducto Aristotelis loco Thomas & Cajetanus sententiam hanc hauserunt.

Nos igitur dicimus, *Ens quatenus sumitur pro veritate propositionis esse idem quod verum*, & habere locum tàm in propositionibus affirmativis, quàm negativis.

Quod suprà dixi *de Ente per se*, quod sit id, *quod dividitur per decem prædicamenta*, illud Thomas sic explicat, quod sit id, *quod ponit aliquid in re, & est aliquid positivum.* Ubi de *positivo* aliquid dicendum. De *positivo* autem, ut & *privativè*, multa disputant tùm Theologi tùm Philosophi, præsertim in illa quæstione, *an peccatum formaliter sit aliquid positivum, nec ne?* Et sanè hoc verum est, positivi non potest haberi definitio. Pertinet huc quod *II. Metaph.* tex. XI. dicitur, ὃ δεῖ παντὸς ὅρου ζητεῖν, *non omnium est quærenda definitio.* Potest tamen aliquo modo declarari, quid sit positivum per opposita. Opponitur ei privativum & negativum. *Privativum* autè & *negativum* per hoc sunt, *quod aliquid non est.* Ut per quid sunt tenebræ in aëre? per hoc, quod non est in eo lumen. Per quid aliquid est non homo? per hoc, quod aliquid non est homo. Jam manifestum evadit ex natura contrariorum, *Positivum id esse, quod non consistit in hoc, quod aliquid non sit, sed necesse est aliquid constitui & poni.* Sed in hac materia jam non hærebimus, cùm exposuerim illam in quâdam schedulâ, quam communicavi olim describendam. [*Illam adpositam vide sub. fin. hujus cap.*]

Progressum facimus ad *distinctionem II.* quâ vulgò docetur, Ens sumi, vel ut est *participium*, vel ut est *nomen.* Scholastici sic efferunt: *Ens sumitur vel participialiter, vel nominaliter.* Item, *vel in vi participii, vel in vi nominis. Ens participialiter est, quod sic est Ens, ut revera existat in rerum naturâ*, ut cœlum, terra, aër &c. sunt entia participialiter, quia actu existunt in rerum natura. *Ens nominaliter acceptum est, quod significat rem ratione suæ essentiæ, non habitâ ratione realis existentiæ*, h. e. quando vox *Ens* sumitur *ut nomen*, tunc *Ens est, quicquid habet essentiam, sive actu sit, sive non sit.* Vel, *quicquid potest existere, sive jam actu existat, sive minus.* Nam & de eo, quod actu est, rectè dicitur, quod possit existere. Hæc est communis & usitata hujus distinctionis explicatio.

Notandum tamen circa hanc distinctionem, non *omne id, quod est Ens nominaliter acceptum, absolutè esse Ens, sed quædam esse tantùm Entia cum appositio.* Nempe *Ens*, ut *nomen*, complectitur non solùm *entia actu & participialiter accepta*, sed etiam *entia potentiâ.* Entia autem potentiâ non sunt ἁπλῶς entia, ut ea quæ sunt actu, sed *cum apposito & secundum quid.* Nam *quicquid est, actu est.* Jam autem Ens potentiâ, non est actu. E. non est. Quicquid ergò absolutè non est, id etiam absolutè non est Ens.

Sequitur nunc *distinctio III.* quâ Ens distinguitur in *Ens reale & rationis. Ens reale* dicitur, *quod est extra mentis operationem. Ens rationis* autem, *quod non est extra mentis operationem, sed est tantùm objectivè in intellectu.* Objectivè autem in intellectu esse, est, actu ejus esse objectum. Ut, quando cogito de Deo, tunc eò ipsò, dum cogito, Deus est objectum mei intellectus. Est autem id, quod objectivè in intellectu esse dicitur, in duplici differentia. Quòddam enim est ita objectivè in intellectu, *ut non tantùm sit objectivè in intellectu, sed extra hoc, quod objectivè in intellectu est, aliquid est.* Et quæ sunt sic objectivè in meo intellectu, adhuc sunt entia realia. Quoddam verò ita objectivè est in intellectu, *ut extrà hoc quod est objectum intellectus, non sit*, ut σιδηρόξυλον, quò (ut ego puto) significatur aliquid, *quod totum est ligneum & totum est ferreum.* Quod quidem fieri non potest, nec est in rerum natura; quando autem concipio, tantùm est in meo intellectu objectivè, & quidem tantùm, quia circa hoc, quòd à meo intellectu concipitur, non est, nec esse potest. Et quæ sic objectivè in intellectu sunt, ea dicimus esse *entia rationis.* Sic ens rationis est, quan-

quando dico, ein weisser Kappe/ein höltzerner Wendelstein / quia hæc non sunt, nisi tantùm objectivè in intellectu.

Sed potest hîc quis objicere scrupulum quendam, & quidem sic: *Nulla operatio intellectus est citra intellectum. Sed operatio intellectus est Ens reale. E. quoddam Ens reale non est citra operationem intellectus*; quod adversatur definitioni Entis realis. Verum Resp. hanc phrasin, *esse citra mentis operationem*, ambiguam esse. I. potest intelligi, quod sit idem, *ac esse circa id, quod est objectivè in intellectu*; & sic nego propositionem majorem: *Nulla operatio intellectus est citra operationem intellectus*. Nam operatio intellectus est citra hoc, quod est tantùm objectivè in intellectu. II. verò, τὸ esse citra mentis operationem potest & sic accipi, nempe quod aliquid dicatur *non esse circa mentis operationem, quia est ipsa mentis operatio, & nihil sic præter seipsum est*. Ita si sumitur, major propositio conceditur. Nam quoddam Ens reale non est citra intellectum, quia quoddam Ens reale est ipse intellectus, vel operatio intellectus.

Et hæ sunt usitatissimæ illæ distinctiones Entis, quæ omnes sunt *vocabuli æquivoci in sua æquivocata*. Sequitur nunc doctrina *de Entis oppositò*, quod est *non-Ens*, opponiturq; Enti contradictoriè, ut homo & non-homo. Et quod non Ens opponatur Enti, dubium non est. Quæritur autem de τῷ *nihil*, an etiam *nihil* sit idem, quod *non Ens*, & si Enti opponatur contradictoriè? Per vulgata sententia est, τὸ *nihil* idem *esse* quod *non ens*, quod quidem sæpè ita se habere non diffitemur, ut v. g. quando dico: *purgatorium est nihil*, rectè expono, *purgatorium est non Ens*. Sed hanc expositionem non ubique habere locum, & interdum ineptissimè verti vel exponi τὸ *nihil* per *non-Ens*, sexcenta docent exempla, de quibus vide nonnulla *in Tabella*.

Ex nomine *Nihil* judicandum nunc est de voce *Aliquid*. Docent vulgò, uti supra dixi, Entis Synonyma esse *rem & aliquid*. Quantùm ad vocem *aliquid*, rejecimus suprà nostram sententiam in hunc locum, ubi agendum est de *nihilo*, cùm *Nihil* & *Aliquid* sibi opponantur. Oppositа ergò juxta se posita cùm magis eluceſcant, & quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicatur & alterum, rectiùs judicare possumus de voce *Aliquid, an & quomodo sit synonymum Entis*, quando jam de nihilo disseruimus.


Quemadmodum igitur *Nihil* interdum idem est, quod *non Ens*, interdum idem quod *nullares*: Ita dicimus etiam *Aliquid* interdum idem esse quod *Ens*, interdum idem quod *aliquod Ens*. Possem hîc latè deducere, quomodo differant *Ens* & *aliquod Ens*, item *non Ens* & *nullum Ens*. Sed quia res per se non videtur esse valde obscura, & si vellemus eam distinctiùs proponere, latiorem requireret declarationem, & quidem repetitionem doctrinæ suppositionis ex Logica, ideò huic negotio diu non immorabimur. Paucis rem exemplo declarabimus: Pontificii habent propositionem hanc: *Purgatorium est aliquid*. Hîc *aliquid* potest exponi per *Ens*, hôc sensu: *Purgatorium est Ens*. Quando autem dico: *In rebus est aliquid immateriale, aliquid materiale*, τὸ *Aliquid* significat idem, quod *aliquod Ens, aliquares*. Sic ergò nunc idem quod *Ens*, nunc idem quod *aliquod Ens* notat.

Quibus melioris informationis causâ sequentia addimus: Primò, τὸ *Aliquid* & τὸ *Nihil* interdum tàm *latè* sumi, ut non tantùm de rebus, vel de Entibus realibus usurpentur: quâ quidem ratione τὸ *Aliquid* idem est, quod *aliquares*, vel *aliquod Ens reale*; *Nihil* autem idem quod *nulla res*; sed &, ut complectantur *omnia, quæ nominari aut concipi possunt, sive sint Entia & res*, sive *non Entia, & tantùm objectivè in intellectu*. Ut qn. dico: *Nihil potest simul esse & non esse*, item, *Non potest aliquid simul esse & non esse*. Hîc τὸ *aliquid* complectitur non tantùm Ens, quod revera Ens est; sed etiâ quod Ens revera non est. Item τὸ *nihil* importat negationem non tantùm Entis realis, sed & negationem cujuslibet, etiam ejus, quod non est.

Deinde notamus, quod Scholastici duplicem proponant Etymologiam vocis *Aliquid*. Nam 1. dicunt, *aliquid* dici quasi *aliquà habens quidditatem*, & sic esse *synonymum Entis*, 2. dici quasi *aliud quid*; & hâc ratione dicunt significare *alietatem*, ut loquuntur, vel *diversitatem*; & sic *non esse Entis synonymum*. Sed nugæ hæc sunt. *Aliquid* nunquam significat *aliud quid*. Nemo enim auditâ hâc voce concipit diversitatem.

Sed venimus ad duplicem acceptionem *non-Entis*. *Non-Ens* enim vel ita est non-Ens, ut tamen habeat potentiam ut sit Ens, sive, quod idem, est ens quidem non actu, est tamen Ens potentiâ. Vel ita est non ens, ut nec actu sit ens, nec etiam potentiâ. Priori modô non-entia sunt quæcunque fieri non implicat contradictionem, ut e. g. homo elapsô novem mensium spatio nascitur. Nam hic licet nondum sit, potest tamen esse. Sed posteriori modô non entia sunt, quæ fieri implicat contradictionem, de quibus alibi fusiùs.

Sequitur jam doctrina de *principiis Entis*. Cùm in scientiis aliàs tria spectentur, *subjectum, principia & affectiones*, cogitô nunc Metaphysicæ subjectô, nempe Ente, quæritur porrò: *An Ens habeat principium?* Multi sunt, qui Enti adscribunt principia, & quidem *essendi*. Ipse Aristoteles *IV. Metaph.* non paulò post initium, & *VI. Met.* docet, *dari quædam Elementa & causas entium, quatenus Entia sunt*, & dicit, *Metaphysicæ esse de principiis Entis agere*. Verùm in hâc quæstione rectè distinguuntur inter *principia essendi* & *cognoscendi*, de quâ distinctione ex professô infrà *Tab. V.* agetur. Dicimus hîc, *Ens non habere principia essendi*. Loquimur autem de *ente in suâ latitudine* considerato, non de hôc vel illô in specie; siquidem species & individua Entis habere sua principia essendi, suasque causas, concedimus, sicuti principia essendi domus sunt lapides, ligna, cæmenta, &c. Sed hoc ultrò liquet. Intelligimus autem nos *Ens in suâ latitudine, & ut abstractum est ab inferioribus*



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [69] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [90] - -

ribus, illad non habere principia essendi dicimus. Dicimus autem & affirmamus contra multos, qui non solùm olim Ens ita descripserunt: *Ens est, quod ex suis principiis compositum habet essentiam*; Sed etiam hodiè idem sentiunt. Sic *Maccovius in sua Metaph.* dicit, *Ens in sua latitudine habere causam efficientem.* Hoc ipsum ergò oppugnamus & dicimus, *non posse enti, sæpè dictô modô accepto, principia essendi adscribi.* Rationibus innitimur duabus, quarum una hæc est: *Si ens in sua latitudine habet principia essendi, aut illa principia sunt entia, aut non. Si non sunt entia, non possunt esse principia entis. Si autem sunt entia, sequitur, aut & ipsa habere principia alia, aut non; Si non habent. E. ens quatenus ens non habet principia. Si autem habent alia principia, tunc illa principia iterum vel entia sunt, vel non*, &c. Et sic dabitur progressus in infinitum. Altera nostra ratio est illa, quam textui inseruimus: nempe quòd sub ente etiam contineatur DEUS, qui tamen principia essendi non habet; aliàs enim dependeret ab aliquo, & daretur aliquid prius DEO in ratione essendi. Manet ergò, quòd ens quatenus ens non habeat principia essendi.

Quantum autem attinet ad citata loca Aristotelis, loquitur ibi is *de principiis cognoscendi*, quod patet ex *IV. Metaph. cap. 3.* ubi aggrediens tractationem de principiis entis, adducit communissimas propositiones, quas dicit à Mathematicis vocari ἀξιώματα, & eorum principiorum omnium primum esse dicit hoc: *Impossibile est idem simul esse & non esse.* Axiomata verò & propositiones sunt principia cognoscendi.

Possimus nunc ad alia progredi, nisi Scaliger nobis aliqua objiceret. Ille *Exerc. 165. sect. 6.* negat, DEUM esse ens, aut rectè dici ens. Quæ sententia si est vera, tunc labascit posterior mea ratio, quâ probavi, Ens non habere principia essendi, ideò quòd complectatur DEUM, seu quòd DEUS quoque dicatur Ens. Scaligeri autem ratio est hæc: quòd *malè de DEO aliquid prædicetur in concreto, quia nihil sit in DEO, quòd non sit ipse DEUS.* Hinc que dicit, DEUM non rectè dici ens, cùm sit ipsa essentia.

Sed profectò summus Vir, cujus tàm divinum & excellens fuit ingenium, hîc aliquid humani passus est, & ceseipitavit. Contradicit enim expressissimè multis Scripturæ locis. Quoties n. in Scripturis apertè DEUS dicitur *Omnipotens, justus, sanctus*, &c. quæ omnia sunt concreta, & de DEO in concreto prædicantur? Fatetur quidem Scaliger nos ita loqui, sed *usum non rectè extorsisse.* Atqui Spiritus S. ita loquitur. E, & Spiritui S. usus non rectè extorsit sic loqui?

Sed examinemus potissimam Scaligeri rationem, quæ fortè talis est. *Quicunq, dicitur ens, bonus, justus*, &c. *de eo aliquid prædicatur denominativè. Sed de DEO non potest aliquid prædicari denominativè. E. DEUS non rectè dicitur ens, bonus, justus*, &c. Majorem non probat. Procul dubio autem ratio ejus hæc est, quòd *ens, bonus, justus*, &c. *sint denominativa.* Quia nunc denominativè prædicari ipsi est tantùm accidentaliter prædicari; DEUS autem non est accidentaliter sed essentialiter bonus, ideò Prædicationes denominativas de DEO putat esse incongruas. Verùm nos negamus consequentiam Majoris. Nulla enim est consequentia: *hæc sunt denominativa. E. de quocunque prædicantur, denominativè prædicantur.* Denominativa sanè possunt prædicari de aliquô non denominativè, sed essentialiter. Et negamus, omne denominativum prædicari denominativè. Nam animatum esse est denominativum, deductum ab animâ, & prædicatur de animali, de plantâ, de homine non denominativè, sed essentialiter, quia est differentia generica animalis, plantæ, & hominis; omnis autem differentia generica prædicatur de suâ specie essentialiter.

Deinde quod addit Scaliger hanc quoque rationem: *Quando de aliquo prædicatur aliquid denominativè, in eô abstractum aliud ab ipsô est, & eô prius. Sed in DEO nullum aliud est atque aliud, nec prius & posterius, sed omnia, quæ DEO competunt, ita sunt in eô, ut sint ipse DEUS.* Potest ad hanc rationem responderi, quamvis in plurimis, quæ prædicantur denominativè, res ita se habeat, quod scilicet abstractum reipsâ sit aliud ab eô, de quô prædicatur, tamen hoc non esse perpetuum. Nam proponam exemplum: quando dico, *quantitas est divisibilis*, est prædicatio denominativa. Sed divisibilitas, quæ est abstractum, non est reâpse distinctum quid à quantitate, nec divisibilitas est prior divisibili re ipsâ. Prius probo, quia omnibus à quantitate separatis, quæ ab eâ realiter differunt, adhuc tamen quantitas erit divisibilis. E. Divisibilitas non potest esse reipsâ aliud à quantitate. Et præterea docet Thomas *Part. 1. Summæ Theol. quæst. 13* & cum eo Scholastici alii, quod quando DEUS dicitur *Ens, justus*, non sint prædicationes hæ denominativæ, sed potius accidentales, &c. Et tandem ut Ens in universalissimo hîc consideratur conceptu, non rectè dicitur, quod sit denominativum, vel prædicetur de substantia & accidente denominativè, quia essentialiter sunt Entia.

Manet proinde, *Entis non esse principia essendi, sed tantùm cognoscendi.* Nempe illa prima omnium principia: *Impossibile est idem simul esse & non esse; quodlibet est vel non est*, &c. Quæ demonstrari non possunt, sed evidentia sunt ex ipsis terminis. Si quis tamen adeò absurdastrum se præbeat, ut ea velit negare, defendit illa Aristoteles *IV. Metaph.* per aliquot capita, non quod ea demonstret & probet κατ' ἀλήθειαν, sed κατ' ἄνθρωπον.

Sed accedimus nunc ad illud, quod ultimum est in hôc capite, nempe ad *attributa Entis*, quæ vocantur alias *affectiones, passiones & propria Entis.* Sed mihi placet præ aliis vocare *attributa.* Vox *attributum* autem, ut & verbum *attribui* idem est quod *affirmari.* Unde Arist. *l. 1. περὶ ἑρμ.* quando

definì

definit τὸ καθόλυ, dicit universale esse, ὁ κατὰ πλειόνων καθηγορεῖσθαι πέφυκεν, *quod de pluribus dici s. prædicari aptum est.* Certum autem est, quod prædicari seu attribui h. l. idem sit ac affirmari. Nam non statim id universale est, quod potest negari de pluribus; alias & individua, quæ de pluribus negare possumus, universalia esse sequeretur, nec per hanc definitionem universale ab individuis distingueretur. II. Sumitur verbum *attribuere*, ut complectitur non tantùm *affirmationem*, sed & *negationem*. Et sic *attributum* & *prædicatum* dicuntur etiam de iis, quæ negativè de aliquo dicuntur. III. *Attribui alicui* est *esse alicujus proprium*, & *attributum* dicitur *proprium*. Et solet *attributum* in hâc acceptione distingui ab *essentiâ rei*. *Essentia* enim *est primus rei conceptus, attributum autem secundarius*, vel *id, quod non primò in re concipitur, sed quod sequitur primum conceptum.* Sicut aliàs propria dicuntur fluere à rei essentiâ De quibus videantur *nostræ annotationes ad Logicam Horneii.*

Ut verò ad nostrum institutum redeamus, dicimus, *Entis conceptum esse omnium primum, quæ post hunc conceptum invenis, esse Entis attributa*, Statuuntur autem attributa, v. g. *unum, verum, bonum.* Nam sumamus *unum*, id recte dicitur Entis attributũ, quia secundarius est conceptus. Prius n. necesse est aliquid concipi ut Ens, quàm ut unum.

Dicuntur autem Entis attributa esse duplicia, *conjuncta* sive *disjuncta*, & *simplicia*. Attributum *disjunctum* dicitur illud, quod *complectitur opposita, & non reciprocatur cum subjecto, nisi per disjunctionem.* Attributum a. *simplex* est, quod *reciprocatur cum subjecto sine disjunctione*, quod quidem propter hoc ipsum fit, quod non contineat opposita. Hæc distinctio attributorum fundatur etiam in *lib. 1. Poster. c. IV.*

Numerantur verò vulgò attributa simplicia Entis hæc: *unum, verum, bonum*. Quæ tria esse Entis attributa simplicia, tàm firmiter multi sibi persuasum habent, ac si esset articulus fidei. Sed sanè *bonum* & *verum* esse affectiones Entis, non potest satis probari, ut disputabimus alibi. Attributa *disjuncta* sunt, *Actus & Potentia, principium & principiatum* &c. Sed de attributis tùm simplicibus, tùm conjunctis plura jam dicere nolumus, cùm in sequentibus de singulis sit dicendum ordine.

NOTA:

Mentio facta fuit *pag. præc. 37. b. A.* Schedulæ de positivô ac privativô, quam ante aliquot annos Auditoribus suis dedit describendam Auctor. Est illa hæc:

VOcis positivum *in Scholis non Philosophorum solùm, sed & Theologorum non infrequens est usus. Quid autem sit, definitione exprimi non potest. Sed huc illud Aristotelis* IX. Metaph. c. VI. t. 11. *locum habet*, ἃ δεῖ πᾶσιν ὅρον ζητεῖν, non cujusvis exA petenda est definitio. *Nos cum opposita juxta se posita magis eluceſcant, conabimur id qualiter cunque declarare, id que unò alteróve exemplo, & comparandô* positivum *cum suis oppositis, quæ sunt* Negatio & negativum, *quæque sub his comprehenduntur*, Privatiio & Privativum.

Sunt igitur nonnulla per hoc præcisè, *quod* aliquid non est *vel* in certô subjectô, *ut tenebræ, quæ per hoc sunt, quod lumen non est in corpore ejus* B *capaci, v. g. aëre; quod quidem fit noctu, cum Sol, qui aërem illuminat, suô à nobis digressu lumen secum abstulit*; *vel* absolutè, & non habitâ ratione subjecti certi, *quomodo extra mundum, ubi nihil est quod lumen suscipere possit, est non lumen, hôc ipsô, quod ibi non est lumen. Similiter animal quoddam dicitur cœcum & non-videns formaliter per hoc, quod in eô non est facultas videndi, sive ea statim ab ipsâ nativitate abfuerit, sive post modum casu aliquô aut morbô sit sublata. Hæc igitur non sunt positiva, sed* C negativa *dicuntur & privativa, quemadmodum constat ex doctrinâ prædicamentorum. Ex adversô nec lumen nec visus per hoc sunt quod aliquid sublatum est, aut aliàs non est, sed ut sint, illud quidem in aëre, hic in animali, indeque aër luminosus, animal videns dicatur, necesse est* aliquid poni utrobique: *ibi quidem qualitatem aliquam à sole redeunte aut alio corpore lucido productam; hic autem facultatem videndi. Lumen igitur & visui positivum quid sunt. Sic non-homo est id, quod non est homo.* D *Ut autem homo sit, non satis est aliquid non esse; sed necesse est poni naturam, eamque ex corpore & anima rationis participe constantem. Est igitur non homo negatio, homo autem aliquid positivum.*

Objicis: ut tenebræ sint & cæcitas, non sufficit lumen & visum non esse, sed debet poni subjectum capax. Ergò non sunt præcisè per hoc, quod aliquid non est, sed ut sint, requirunt alicujus positionem.


R. *Voces* tenebræ & cæcitas *duo significant: unum* in rectô, *alterum* in obliquô. *In rectô utraque significat negationem, & quod totum per hoc est præcisè, quod aliquid non est. In obliquô subjectum capax. Est enim cæcitas negatio visus in animali, tenebræ sunt privatio luminis in aëre, aut aliâ re ejus capaci. Unde in obliquô alicujus positionem significare non negatur.*

Sunt, qui occupati in quæstione: sitne pecca? tum verè privativum quid, an aliquid positivi *Pugnantes*, pro Positivô, *palàm profitentur, se hanc vocem* non exquisitè, sed in quâdam latitudine F *accipere. Duplicem igitur nominis* positivum *innuunt significationem*, eam quam Philosophis & Scholasticis, *iisque omnibus qui defendunt, peccatum formaliter aut in abstractô non esse quid positivum, sed solùm privationem, adversum quos disputant, sumitur*; alteram latiorem.

Nos perpendentes, hanc rem considerare Metaphysici officium, & operæ pretium esse, voluimus eam silentiô hîc præterire. Dicimus igitur I. in omni doctrinâ, omnique disputatione ante omnia notum esse debere, quæ sint notiones nominibus subjectæ,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [93] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [94] - -

& si de illis non constet esse, eas declarandas. Quicunque igitur in aliâ eâque latiori, quam alias sumitur, significatione vocabulum positivum usurpat, is quomodocunq; explicare eam tenetur. Quod neque quisquam adhuc fecit, neque facere potest, ita ut absurditatum laqueum effugiat. Aut ignorantiæ igitur, aut malæ causæ indicium est, crepare strictiorem vel latiorem vocis significationem, ubi quid eâ veniat, ostendere nequeas.

II. Falsum est, eos in aliâ & à vulgatâ exquisitâque discedente significatione vocabulum positivum usurpare. *Opponunt enim & ipsi hoc nomen* privationi & privativo, *ut constat ex quæstione quam tractant, eaque quam propugnant sententiâ. Quæstio, ut ex ante dictis jam liquet, est*, an peccatum sit merè privativum, an verò etiam aliquid positivum? *Contendunt que tanquam pro aris ac focis*, non merè privativum, sed positivum etiam aliquid esse. *Atque hæc ipsa est vocabuli usurpatio Philosophica, vulgata, & quæ vocatur exquisita.*

III. *Usu vocis* Positivum *receptus, quem, ut sæpè jam diximus*, exquisitum *vocant, latissimè patet, complectitur q; omnia, exceptis negationibus & privationibus. Si igitur adhuc diffusius eô utuntur, necesse est, ut præter quæ strictius sumtô nomine* Positiva *dicuntur, comprehendat etiam negationes & privationes, aut saltem privationes. Quô positô, inepte disputant: tum quod cum larvis pugnant. Accipiunt enim illi, contra quos disputant, vocabulum in significatione strictiori; neque quisquam eorum negaverit peccatum formaliter esse positivum in latiori significatione, si modò latior illa vocis significatio detur. Tum, quod ipsa quæstio sit incongrua, non minus, quàm si quæratur*, sitne temperantia virtus, an habitus; sitne homo animal an corpus animatum? *Plura hic adferri possent, sed hæc sufficiant.*

TABULA III.
DE POTENTIA.

MUlti quidem Metaphysici agunt priùs de attributis Entis *simplicibus*. Sed sunt etiam nonnulli, qui priùs agunt de *conjunctis*, quos in præsentiâ & nos sequimur, licet parùm referat, quô ordine, qui hic arbitrarius est, procedas.

Agimus autem nunc primùm *de potentia*, Græcis est δύναμις. Dicitur enim Ens esse vel *actu* vel *potentia*. Sic actu sunt, qui jam vivunt; potentiâ sunt, qui nondum nati sunt, sed nascituri. Sic mundus ab omni æternitate erat potentiâ, quando autem in tempore fuit creatus, tunc extitit actu.

Vox *potentia* verò apud Aristotelem, quantum ad præsens, duobus modis accipitur: *impropriè*, vel *magis propriè*, sicut testatur *V. Met. cap. X.* ubi de potentia & possibili agens dicit, quandam potentiam dici κατὰ μεταφοράν seu *Metaphoricè*, & hujusmodi potentiam dicit dari in Mathematicis, quando linea dicitur habere potentiam ad quadratum. Sic potentia impropriè dicta est, quando de genere dicitur, quod habeat potentiam ut prædicetur de pluribus; & dicitur aliàs *potentia Logica*. Ad potentiam impropriè dictam referenda est etiam ea, quæ à Scoto dicitur *objectiva*, quæ quid sit & quem usum habeat, trademus, cùm jam exposuerimus, quid sit potentia activa & passiva. Tunc enim hæc doctrina melius poterit percipi.

Quantum ad potentias magis propriè dictas, Zabarella de *prima rerum materia lib. 1. cap. 9.* docet, *omnem potentiam propriè dictam pertinere ad secundam speciem qualitatis*. Sed nos hanc sententiam probare non possumus. Sunt quidem quædam potentiæ, quæ stabulantur in secundâ specie qualitatis, ut v.g. auditus, visus &c. Verùm dari & alias potentias, quæ huc non pertinent, multis possumus ostendere. Sufficiant hæc pauca: Aristoteles *IX. Met. tex. III.* artes & scientias effectrices vocat potentias. Has autem non ad secundam, sed ad primam speciem qualitatis pertinere patet, quod sunt habitus. Et *in eôdem capite* dicit, calorem vel τὸ θερμοποιὸν & frigus esse potentias, quia calor est potentia calefaciendi, frigus est potentia frigefaciendi. Sed calor & frigus non pertinent ad secundam speciem qualitatis, sed ad tertiam, cum sint qualitates passibiles sive passiones. Sic & potentia DEI DNon pertinet ad ullam speciem qualitatis, sed est ipsa DEI essentia; DEO tamen potentiam effectricem denegare non possumus. Sic etiam quod de materiâ primâ dicit Zabarella, non possumus ei consentire, cùm in illâ necessum sit dari talem potentiam, quæ sit ipsa materiæ primæ essentia; quidquid etiam Zabarella dixerit.

Cùm igitur non omnis potentia pertineat ad secundam speciem qualitatis, rectè nos notavimus in tabellâ, quod Thomas doceat, vocabulum potentiæ accipi bifariam: *(1.) ut pertinet ad secundam speciem qualitatis*, & dicitur *potentia prædicamentalis*; 2. ut *est transscendens*, h. e. non in certô quôdam prædicamentô; sed ut est etiam in aliis prædicamentis; vel ea planè transcendit. Sic calor e. g. non est potentia, ut sumitur prædicamentaliter, quia non est in secunda specie qualitatis, sed ut sumitur transscendentaliter. Ubi notetur velim, me non dicere, quod calor sit potentia transscendens, ita ut in nullô sit prædicamentô. Non hoc volo, sed ad certum prædicamentum pertinere lubens concedo. Verùm dico solùm, quod contineatur sub nomine potentiæ, *ut illa sumitur transscendentaliter.*

Quibus sic expositis accedimus ad ipsas potentiæ divisiones, quarum prima est, quod Potentia vel sit *activa*, vel *passiva*. Potentia *activa*, ut habet Aristotelet *V. Metaphysicor.*

l. est

c. XII. & IX. Met. c. I. est *principium transmutandi aliud aut quatenus aliud.* Vel *est principium motus transmutationisve in alio, aut quatenus aliud.* Potentia autem *passiva* est *principium mutationis ab alio aut quatenus aliud.* Quæ definitiones nunc sunt exponendæ. Quando Aristoteles docet potentiam activam esse *principium transmutandi aliud*, hoc vult: potentiam activam esse *principium transmutandi non illud subjectum, in quo ipsa inest, sed aliud subjectum.* Et quando dicit, quod potentia *passiva* sit *principium transmutandi ab alio*, sensus est, potentiam passivam esse principium, *quod transmutari possit non a seipso, seu illo subjecto cui inest, sed ab aliare, vel alio subjecto.* Hujusmodi potentia activa est e. g. in igne. Ibi enim potentia activa calefaciendi, & est principium non transmutandi ignem, aut producendi calorem in igne, in quo jam inest calor, sed transmutandi aliud, nempe aquam, manum vel aërem. Sic etiam ars medica est potentia activa, & principium transmutandi ægrum, quia est alia persona a Medico distincta. Et in ægro est potentia passiva, qua potest transmutari & curari a Medico.

Verùm hic quis objiciat, *quod Medicus curet etiam seipsum*, & sic ars medendi in Medico, quæ est potentia activa, sit principium transmutandi non aliud, sed ipsum Medicum, in quo illa potentia inest. Sequitur ergo, non omnem potentiam activam esse principium transmutandi aliud, sed *quandam potentiam activam esse principium transmutandi illud ipsum etiam subjectum, in quo inest.* Sic etiam quatenus aliquis simul est æger & Medicus, *in ægro est potentia passiva, qua potest curari*, non ab alio, sed *a seipso*, & ita *quædam potentia passiva videtur esse principium transmutationis non ab alio subjecto facta, sed ab ipsa potentia, quæ in ægro est.*


Has objectiones ut Aristoteles diluceret, dixit, *activam potentiam esse principium transmutandi aliud, aut quatenus aliud; potentiam passivam esse principium mutationis factæ ab alio, aut quatenus est aliud.* Quorum verborum hic est sensus: *quod si aliquando potentia activa non transmutet aliud, sed illud ipsum subjectum, in quo inest, transmutari tamen illud subjectum idem non quatenus idem, sed quatenus aliquo modo aliud.* In datis enim exemplis sunt considerandatria: 1. Illa *persona, quæ* hoc in exemplo *& curat & curatur.* 2. *Ars medendi.* 3. *Ægritudo vel morbus.* Subjectum idem est, & quod curat, & quod curatur; sed principium activum, quo curat illa persona est ars medendi; principium passivum, ægritudo, vel potius potentia, qua potest ægritudo curari. Licet igitur quando Medicus se curat, ars ejus non sit principium transmutandi aliud, sed illud ipsum subjectum; non tamen se transmutat ut Medicum, sed ut ægrum, & ita quodammodo ut alium. Principium scilicet activum & passivum sunt distincta, & licet idem semper sit suppositum, cui utrumque inest, tamen ratione diversitatis principiorum etiam suppositum illorum consideratur tanquam alio, quo modo diversum.

Porrò contra hos Aristotelis definitiones, & quidem contra definitionem *potentiæ activæ*, potest objici hoc; *Potentia creatrix DEI est activa, sed non est principium transmutandi aliquid.* Nam per creationem non transmutatur aliquid, quia creatio non præsupponit subjectum, sed fit ex nihilo; transmutatio verò requirit subjectum seu patiens, quod transmutetur. Si itaque creatione nihil transmutatur, sed producitur aliquid nullo præsente subjecto: sequitur potentiæ DEI creatrici non convenire hanc definitionem, sed esse nimis angustam. Et tamen DEI potentia creatrix est revera potentia activa.

Verùm ad hanc objectionem potest responderi, Aristotelem non cognovisse creationem, neque statuisse, mundum aliquando fuisse creatum, de quo disputat *VIII. Physico.* Quia e. Aristoteles non cognovit productionem rei ex nihilo, ideoq; in definitione potentiæ activæ non potuit habere rationem potentiæ creatricis. Et sic fatemur & ipsi, hanc definitionem non competere potentiæ creatrici DEI, sed esse aliquantò angustiorem.


Quod si verò aliquis latiorem definitionem utriusque potentiæ requirat, apud Mendozam inveniet, qui sic definit: *Potentia activa est, quæ virtute continet aliquem effectum, illumq; potest producere, ut omnipotentia DEI angelum. Potentia passiva est, quæ recipit aliquam formam, ut paries albedinem.*

Ad quarum priorem *potentiæ activæ* quod attinet, malumus nos ita dicere. *Potentia activa est, quæ aliquid aptum est producere aliud.* Per *aliud* intelligimus id, quod *habet essentiam numerò ad minus diversam aut distinctam ab altero.* Hoc modo τὸ *aliud* usurpatur apud Theologos, quando docent, Filium non esse aliud à Patre, esse tamen alium, quia Filius eandem numerò essentiam cum Patre habet. Nos hic volumus hoc, quòd *potentia activa sit potentia, quâ quid aptum est producere aliquid, quod essentiam ab eo habeat numerò diversam.* Et excluditur hic potentia illa in divinitate, quâ Pater ab omni æternitate genuit Filium, quæ potentia non est activa, quia per eam non produxit aliud, licèt produxerit alium, cùm Filius non habeat aliam essentiam à Patre, sed eandem numerò. Explicamus rem totam exemplo: Calor in igne est potentia activa, cùm producat aliud np. calorem in aquâ, qui habet essentiam numerò diversam ab eo, qui in igne est. Sic & quando voluntas producit in seipsâ actum eligendi, est hâc ratione potentia activa, quia actus ille numero, imò specie est distinctus à voluntate. Ergò sic patet, quòd potentia activa



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [97] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [98] - -

activa sit ea, *qua aliquid aptum est producere aliud*, sicut diximus.

In descriptione posteriori *potentiæ passivæ* tanta difficultas non est. Sic in aquâ est potentia passiva, quia est apta recipere calorem, qui producitur ab igne vel Sole in aquâ. Sic voluntas est potentia activa, quatenus per illam homo aut angelus aptus est producere actum volendi, est etiam potentia passiva, quatenus illi apti sunt recipere istum actum volendi. Quæ ita doctrina de *potentiâ activa & passiva*.

Scotus *l. II. sent. distinct. XII.* addit potentiam, quam vocat *objectivam*, de quâ apud Aristotelem nihil invenimus. Nec quidem id miramur, quia objectiva potentia, ut à passivâ distinguitur, non potest cognosci ignoratô hôc, quòd DEUS possit aliquid producere ex nihilô, quod Aristoteli fuit ignotum. Docet autem Scotus *loc. cit.* potentiam activam sumi 1. ut *eadem est cum passiva*. Dicitur enim passiva objectiva etiam, quatenus id, quod habet potentiam passivam, aptum est objici alicui potentiæ activæ, ut in ipsô ab eô aliquid fiat. Sic potentia passiva aquæ, quâ calefit ab igne, ita comparata est, ut per illam aqua fit apta esse objectum caloris in igne, aut potentiæ producendi calorem, quæ est in igne. Nam quando aqua ab igne calefit, rectè dico esse ejus objectum. Objectum enim est, circa quod quid versatur. Vocat Scotus etiam *potentiam subjectivam* vel *receptivam*. 2. Sumitur potentia objectiva, *ut distinguitur à passivâ*. Quia enim aliquid potest produci ab aliquo, nempe per potentiam creatricem DEI, ut nullâ adsit potentia passiva, vel nullum subjectum; quod attinet potentiam passivam, ut in id subjectum agere possit potentia activa, inde fit, ut etiam dicatur esse aliquid in potentia objectivâ, ut tamen nulla detur potentia passiva, ideò quia nullum datur objectum, ex quô agens illud producat. Et hæc *potentia objectiva hôc modô sumpta* nihil aliud est, quàm *non repugnantia rei ad produci*. Ut quando DEUS erat creaturus angelos, nulla aderat materia; non repugnabat autem angelos produci, & sic erat ibi non repugnantia ad producendos angelos. Si enim fuisset repugnantia, non potuissent angeli produci.

Hanc potentiam objectivam præter Scotum & ejus asseclas agnoscit & Occam in *I. sent. quæst. XXIV.* Gabriel Biel *in eôd. lib. dist. XII.*

Capreolus in *II. sent. quæst. XII.* Soncinas *IX. Metaph. quæst. II.* Javellus *VIII. & IX. Metaph. quæst. I.* ut & alii Thomistæ infensi sunt potentiæ objectivæ, & Scotistis adversantur. Dicunt autem hoc: *Si potentia objectiva sumatur tanquam aliquid reale positivum existens, sic non esse eam distinctam à passiva. Si autem non pro realiter existente accipiatur, esse nudam non repugnantiam ad produci.*

Sed profectò hæc non adversantur Scoto & ejus discipulis. Nam & ipsi docent potentiam objectivam, ut est distincta à potentiâ passivâ, nihil esse aliud, quàm non-repugnantiam. Habemus *Johannem de Rhadâ*, Scotistam doctissimum, qui contra Thomistas dicit, se etiam potentiam objectivam non aliter accipere, quàm pro non repugnantiâ. Non ergò habent Thomistæ sat causæ, cur oppugnent Scotistas. Et sanè potest hæc doctrina Scotistarum *de potentiâ objectivâ* non sine utilitate retineri.

Sequitur nunc distinctio Potentiæ activæ in *Liberam & Naturalem*. Ubi statim notandum est, quòd *libertas* accipi soleat tribus modis: (1.) Ut *opponitur servituti*, quomodo eam sumunt JCti, cùm personas distingvunt in *liberas & servas*. Item alii Autores, ut Plato *I. de Repub.* introducens senem, qui licet fateatur plura esse incommoda senectutis, eam tamen præfert adolescentiæ & juventuti, quòd juventus serviat voluptatibus, senectus autem à voluptatibus illicitis jam sit libera. Hôc modô etiam libertas sumitur apud Apostolum *Rom. VI. v. 20* & alibi. 2. Sumitur libertas, *ut opponitur violentiæ*, τῇ βίᾳ. Et sic dicitur quis aliquid libere facere, quod facit aliquid non coactè. Et sic brutis animalibus etiam sua est libertas, sicut aves dicuntur liberè vagari in aëre. Imò & inanimatis sic sua libertas est, uti quando lapis descendit, liberè id fit, quia liberè & non coactè descendit. Sed quando sursum projicitur, tunc non liberè ascendit, sed vis ei est illata. 3. Sumitur, *ut opponitur necessitati*. Et sic non dicitur facere liberè, qui aliquid facit necessariò, sed is facit liberè, qui id, quod facit, potest facere & non facere. Hôc modô libertas tribuitur solum rebus intellectu præditis; ut DEO, angelis, hominibus, brutis verò denegatur. Nam solius rationis est, positis omnibus ad agendum requisitis, posse diversa agere. Unde *libertas*, ut excludit necessitatem, duplex est: *Libertas exercitii seu contradictionis*, & *Libertas quoad speciem actus seu contrarietatis*. *Libertas contradictionis* dicitur, *quatenus aliquid potest agere & non agere*: Agere enim & non agere tùm in genere tùm in specie, ut scribere & non scribere, ambulare & non ambulare, sunt contradictoria. Igitur dicitur *libertas contradictionis*. Dicitur etiam *libertas exercitii*, quia, quando ago, est exercitium, quatenus non ago, omitto exercitium. *Libertas contrarietatis autem est, quatenus potest quis hoc agere, & potest illud agere*, & sic potest contraria agere. Ut appositô potu, v. g. vinô & cerevisiâ, quatenus quis potest *bibere & non bibere*, est *libertas contradictionis seu exercitii*; quatenus autem est in ejus libertate *bibere vinum* vel *bibere cerevisiam*, est *libertas contrarietatis* & *quoad speciem actus*. De utrâque libertate habetur insignis locus *Eccl. V. v. 1.* Nos quando loquimur h. l. de *potentiâ liberâ*, sumimus *liberum* ut opponitur *necessitati*, & intellectam volumus *libertatem tùm*

contradictionis, tùm *contrarietatis*. Unde definimus eam sic: *Potentia libera est, quæ respicit opposita, & positis omnibus ad agendum requisitis, potest agere & non agere, vel potest contraria agere. Potentia verò activa naturalis est, quæ positis omnibus & iisdem requisitis, non potest agere diversa.*

Ubi notandum, quod dicitur in utrâque descriptione: *Positis omnibus ad agendum requisitis.* Dicuntur autem *requisita ad agendum* illa, *quæ actionem antecedunt si non tempore, saltem naturâ.* Sic qui laborat ex oculis, vel cui alteruter oculus est effossus aut corruptus, ut non possit eô uti ad videndum, ille homo non potest videre illô oculô, quia deest aliquid requisitum ad videndum, & quidè primarium, nempe facultas visiva, ὄψις. Ut enim facultas præstò sit, necesse est, ut organon quoque adsit, & quidem rectè se habens. Est enim facultas visiva facultas organica. Ubi igitur deest organon, ibi etiam homo vel animal non potest operari visionem. Noctu autem nemo potest videre, quia deest requisitum aliquod, np. medium illuminatum.

Dicis: Etiam potentia naturalis potest diversa, imò contraria agere. Calor enim in igne aut Sole est potentia naturalis? sed eodem tempore sol aut ignis suo calore & calefacit & frigefacit, & quidem idem corpus. Nam dum calori Solis exponitur corpus animalis, exterioribus partibus calefit, interioribus refrigeratur, dum apertis poris expirat internus calor.

Sed Resp. quod si interdum fit, ut potentia naturalis contraria aut diversa agat, fieri illud non unô modô, sed partim *per se*, partim *per accidens*. Calor ignis aut Solis *per se calefacit*, sed *refrigerat ex accidente*, quatenus scilicet, ut modò diximus, poris calore apertis, exhalare possunt humores calidi, & sic interiora corporis reddunturaliquô modò frigida. Sed hoc fit per accidens, quia cum calore, quo calefit corpus, conjungitur refrigerium interiorum partium.


Dicis iterum, utique potentiam naturalem posse contraria agere. Sol enim indurat lutum & liquefacit butyrum. Indurare autem & liquefacere sunt effectus contrarii.

Sed Resp. non simpliciter negari, potentiam naturalem posse diversa vel contraria; sed hoc negatur, quod possit *positis iisdem requisitis* contraria aut diversa agere. Jam verò in propositâ objectione non sunt eadem requisita, inter requisita enim ad agendum est etiam, & quidem primarium, *objectum*. Hic autem sunt objecta diversa, v.g. lutum & butyrum, corpora diversarum materiarum: Quando igitur dicitur, quòd potentia naturalia non possit agere & non agere, positis iisdem requisitis, intelligendum est id de eodem subjectô, quòd *potentia naturalis circa rem unam singularem non possit diversa agere*. Circa res diversas autem potentiam naturalem posse diversa agere, nihil impedit. Quamvis si illæ diversæ res sunt ejusdem naturæ, etiam circa has non possit potentia naturalis diversa operari. Deinde requiritur idem quoque tempus. Nam agens naturale posse diversa agere tempore longiori aut breviori, libenter concedimus.

Ubi porrô observandæ illæ duæ vulgares regulæ, quarum prior: *Agens naturale non potest suspendere actionem*, scil. *quamdiu adsunt requisita*. Nam v.g. ignis, quamdiu adest corpus combustibile, non potest suspendere combustionem. Secunda: *Agens naturale agit ad extremum suarum virium*; vel sic: *Potentia naturalis agit pro ultimo suo posse*. Sic ignis circa idem objectum non diversô modô versatur, & non fit, ut jam agat citiùs, jam autem remissiùs. In agente liberô autem alia est ratio. Potest enim eadem potentia libera jam remissiùs agere, jam vehementiùs, jam tardiùs, jam citiùs. Ut v.g. in scribendo jam progredimur celerrimè, jam tardiusculè.

Quæritur hîc de *subjectô potentiæ liberæ*, quomodo illud se habeat? Dicimus inter res has sublunares & corporeas solum hominem gaudere potentiâ liberâ, seu, ut dici aliàs consuevit, liberô arbitriô. In bruta enim non cadit liberum arbitrium, sive bruta non agunt libere, ut opponitur *τῷ necessariò agere*. Ratione *coactionis* quidem posse libere agere, quia non coactè agunt, ante diximus. Et ita v.g. si cani esurienti proponatur offa, non potest se cohibere, quin accurrat & voret, & positis omnibus requisitis ipsi per naturam est impossibile se cohibere ab accurrendo. Quæ inter requisita & hoc est, ne metu deterreatur. Si enim videt fustem in manu renentem, non accurrere concedimus, sed tunc deterretur, & ita deest dictum requisitum. Contrà verò homo, quicunque sit, etiamsi esuriat & in promptu sit ferculum, inclinat quidem ad edendum, & edit etiam, sed etiamsi nihil prohibeat, potest abstinere. Manet ergò inter hæc sublunaria *subjectum liberi arbitrii* solus homo. Præter eum autem liberas substantias spirituales & cœlestes esse, ut DEUM ac angelos, aliàs constat.

Cùm autem homo plures obtineat facultates, quædam ei competunt, ut *est animal, aut etiam corpus animatum*; ut facultas auctrix, nutrix, locomotiva, &c. quædam verò, *ut est rationalis*, ut intellectus & voluntas. Quæritur igitur jam, *cuinam facultati formaliter & per se insit libertas*, sive *liberum arbitrium*. De *intellectu, quòd non sit formaliter liber*, potest legi Fonseca *l. IX. Met. cap. II. quæst. I. & seqq.* Franciscus Suaretz. *Disp. Met. XIX sect. V.* Becanus *part. II. Th. Schol. Tr. I. c. 2. q. 3.* Hornejus *in doct. mor. L. II. c. 5.* Manet ergò, ut illi omnes quoque simul docent, *voluntatem esse formaliter liberam, & adæquatum libertatis objectum*. Ubi dicimus, *voluntatem esse per essentiam liberam*, dari autem etiam *facultatem, quæ possit dici libera per participationem*: quæ ex suâ naturâ quidem libera non est, quia tamen apta nata est, ut audiat rationem, vel ut obtemperet facultati per se liberæ, nempe voluntati, hâc ratione rectè dici liberam,



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [101] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [102] - -

liberam, & quidem per participationem, Et hæc facultas est appetitus sensitivus. Hic per se non est liber, quia etiam reperitur in brutis, fit autem aliquô modô liber, si conjunctus est cum voluntate. Homo enim ut est animal, inclinat ad varias cupiditates, ut autem habet voluntatem hoc vel illud eligendi, & appetitus non in id statim cadit, ad quod propendet, sed cedit voluntati, eiq; obtemperat, fit ut cum voluntate etiam liber dicatur. Et hoc fit in continentibus, ubi appetitus consideratur quatenus potest obtemperare & non potest, & sic liber per participationem dicitur. Obtemperat quidem etiam *facultas locomotiva* voluntati; sed obedientiâ servili, non civili. Non enim aliter potest, nec refragari potest. Sic quando homo vult aliquod movere membrum, nisi membrum morbo laborat, non potest facultas locomotiva resistere. Quia igitur hæc facultas necessariò obtemperat rationi & voluntati, ideò eximit hæc servilis conditio illam è numero facultatem liberarum etiam per participationem. Sunt aliæ qq. facultates in homine, quæ nullâ obedientiâ voluntati obtemperant, nec ullô modô possunt dici liberæ. Suntque *facultas argumentatrix, genitrix, formatrix, &c.* Si enim hæ voluntati ullô modô subessent, profectò omnes mulieres id agerent, ut parerent liberos formosissimos, quin multæ non conciperent, imprimis si cum viris consuescunt illicitè.

Jam accedimus ad distinctionem potentiæ activæ in illis, quæ liberè agunt, & quâ dividitur in *ordinatam* & *absolutam*. Quâ de distinctione aliter philosophatur Scotus in 1. *Sent. dist. XLIV. q. unicâ*: aliter Thomas *part. 1. quæst. XXV. Artic. V.* aliter Armandus de bello visu *IV. termin. c. 9.* Ratio instituti nostri non fert, ut has sententias omnes examinemus. Facimus id in *peculiari disp. de potentia absoluta & ordinata*. Paucis ergò jam sententiam Scoti explicabimus, quam cæteris hîc præferimus.

Ut autem quid Thomas statuerit, saltim tribus verbis indicemus, agit ille de hâc distinctione *specialiter, ut tantum potentiæ Dei tribuitur*. Distinguit ergò *potentiam Dei* in *ordinatam* & *absolutam*. Et potentiam *ordinatam* vocat *ipsam DEI potentiam, quatenus determinata est ad aliquid agendum per divinam voluntatem*. Potentiam verò *absolutam* vocat, *quæ Deo convenit secundum se, nec decretô aut imperiô voluntatis determinatur*. Ideòque etiam absoluta dicitur, quia à voluntatis determinatione soluta est. Quæ ita ille *locô citatô*. Quibus nos præferimus, quæ Scotus tradit de potentiâ absolutâ ac ordinata.

Secundum Scotum igitur Potentia *ordinata* est, *quatenus quis agit secundum legem aut ordinem aliquem institutum*, vel *quatenus quis agit observando illud, quod institutum est*. Potentia autem *absoluta* est, *quatenus aliquis agit vel agere potest præter vel contra illam legem, vel id quod institutum est*. Et hôc modô philosophatur Scotus de potentiâ absolutâ & ordinatâ in suâ latitudine, ut non tantùm in DEO, sed & creaturis locum habet.

Sciendum autem hîc, hanc distinctionem non ita esse accipiendam, quasi reipsa in DEO sint duæ diversæ potentiæ. In DEO enim non est aliud atque aliud reipsâ, sed quicquid in eô est, ipsa ejus essentia est. Differunt autem illæ potentiæ tantùm ratione, & secundum nostrum modum concipiendi, prout nimirum divina potentia comparatur cum diversis actionibus. Ubi & hoc non ignorandum, absolutam potentiam cum de DEO loquimur, sumi (1.) *oppositè* sive *ut distinguitur à potentiâ ordinatâ*. Ut igitur potentia DEI ordinata est, quâ Deus potest facere aliquid secundum legem aut ordinem aliquem: Ita potentia absoluta est, quâ agit præter vel contra illam legem seu ordinem, aut id quod instituit. (II.) Sumitur potentia DEI absoluta *absolutè*, & hôc modô, ut Scaliger dicit *Exerc. 365. sect. 8.* potentia DEI absoluta complectitur etiam ipsam potentiam ordinatam, & est illa, quam nos vocamus *Omnipotentiam*. Cum igitur quicquid DEUS agit, id agat per suam omnipotentiam, etiam quando agit modô ordinariô, sic sub Omnipotentiâ DEI dicimus contineri etiam potentiam ordinatam. Ubi notandum iterum, quando dicitur *omnipotentia*, aut DEUS *omnipotens*, quòd tò *omne* non distribuat potentiam, quasi DEO tribuatur *omnis potentia*; sed distribuit objectum, & sensus est, quando dicimus DEUM esse omnipotentem, quod DEUS *omnia possit*, & per vocem *omnipotentiæ* intelligimus hujusmodi potentiam, *quâ is, qui eam habet omnia potest*.

Verùm hîc fuerunt olim quidam, qui negârunt DEUM omnia posse. Plinius *l. II. hist. natural. c. VII.* Plutarchus *plac. Phil. c. VII.* recensent multa, quæ DEUS non possit. Dicit Plinius *Deum non posse mortales æternitate donare, non posse facere ut nix sit nigra, ignis sit frigidus, DEUM non posse mentiri* &c. Sed profectò hic multa adfert, quæ aperta continent mendacia. Nam quod dicit, DEUM non posse mortales vitâ æternâ donare, purum putum mendacium est, & aliud nos docent Sacræ Scripturæ monumenta. Ut autem ad hæc & alia, quæ ab his Philosophis objiciuntur, rectiùs respondeamus, notandum, quod de quâvis potentia sit judicandum ex suô objectô. Cujusque autem potentiæ objectum est tò *possibile*. Qui ergò dicit *DEUM omnia posse*, dicit hoc, quod DEUS *possit omne possibile*. Dici autem potest aliquid possibile vel *absolutè*, vel *cum appositô*. Cum *appositô possibile* est, *quando aliquid dicitur esse possibile huic vel illi creaturæ*. Quomodo quidem hîc sumi non potest. Non enim dicimus quod DEUS possit omne possibile creaturæ, quia po-

tentia DEI multò est excellentior, quàm potentia alicujus Creaturæ, & ad longè plura sese extendit. Sicut enim DEUS superat essentiæ suæ perfectione omnes Creaturas, ita & potentia ejus superat omnem potentiam Creaturarum. Dicimus ergò quod possibile hôc locô sumatur *absolutè & sine appositô*. Est autem *absolutè possibile* omne id, *quod non implicat contradictionem*. Vel, ut habet Philosophus *IX. Met. tex. VII. possibile est id, quô posito in actu, nihil sequitur impossibile*. Quod si ergò jam dicimus, DEUM *omnia posse*, sensus est, *DEUM posse omnia, quæ non implicant contradictionem*. Unde patet, Plinium non rectè concludere: *DEUS non potest facere, ut bis duo non sint quatuor; ut factum non sit factum. E. non est Omnipotens*. Quia enim hæc contradictionem implicant, non sunt in rebus possibilibus, & sic nec objectum Omnipotentiæ.

Sed objiciat quis hôc modô: *Quicunque non potest facere DEUM, ille non potest facere omne id, quod est possibile. Sed DEUS non potest facere DEUM. E.* &c. Major probatur, quia quatenus DEUS est, possibile est DEUM esse, & sic DEUS est in possibilium numerô. Minor est manifestè vera; si enim DEUS posset facere DEUM, daretur DEUS, qui esset factus; quod fieri non posse novimus, cùm DEUS per essentiam suam à nullo possit fieri.

Sed Resp. quando dicitur DEUM esse in iis, quæ possibilia sunt, possibile dici bifariam: 1. *Ut opponitur non necessario, sed tantùm impossibili*. Et sic DEUS continetur in rebus possibilibus, quia non est impossibile DEUM esse. 2. *Ut opponitur non tantùm impossibili, sed & necessario*. Quô modô DEUS non potest dici aliquid possibile, quia, quando possibile necessario opponitur, idem est, ac id, quod potest esse & non esse. DEUS autem est res necessaria simpliciter, & impossibile est DEUM non esse. Dicunt itaque nonnulli ex Scholasticis, Omnipotentiam esse potentiam, quia quis facere potest omne id, quod est possibile, ut possibile impossibili & necessario opponitur. Quô modô potest ad objectionem responderi dicendo, quòd *DEUS non contineatur sub possibili*, ut possibile sumitur, quando objectum omnipotentiæ statuitur.

Posset ulteriùs etiam illud hîc objici, *DEUM non posse facere omnia, etiam quæ fieri sunt possibilia. Non enim potest ambulare, bibere, informare materiam*, &c.

Sed potest facilè responderi, nos, quando de Omnipotentiâ DEI loquimur, quòd sit potentiâ, quâ DEUS potest facere omnia, quæ fieri sunt possibilia, intelligere potentiam *purè activam, ut non sit simul passiva*. Quædam enim potentia est *purè activa*, quædam *purè passiva*, quædam *activa & passiva simul*. DEO autem nulla alia nisi purè activa potentia potest adscribi, cùm pati imperfectionem importet. Ergò nunc dicimus, sub subjectô Omnipotentiæ DEI non contineri ambulare, edere, bibere, &c. quia hæc omnia important quandam passionem. Nam edere, ambulare, &c. formaliter sunt motus; motus autem importat passionem in aliquô, quod movetur.

Ubi obiter monemus hoc, quòd licet DEUS *non possit dici ambulare, edere*, potest tamen rectè dici, quòd DEUS *possit facere ambulare, facere, edere*, &c. h. e. DEUS *potest facere, ut quis ambulet, ut quis edat*, &c.

Ad ultimum autem, de *informatione materia* petitum, dicimus, *informare materiam* non pertinere ad objectum Omnipotentiæ, quia informare materiam *importat unionem formæ cum materiâ*. Unio autem est inter unita & in utrôque unitorum. Quando igitur forma informat materiam, accipit in se illam unionem, & sic aliquô modô forma patitur. Et hac ratione informare materiam, cùm importet quandam imperfectionem, non cadit in DEUM.

Possemus rem quoque sic expedire, dicentes: *Potentia DEI est pura activa; sed potentia informandi materiam non est pura activa*; aliàs forma quæ informat materiam, quatenus informat, ageret, & si ageret quatenus forma, periret nobis aliquod genus causarum. Sic enim esset formâ idem efficiens, atque sic è causarum generibus periret Forma.


Sed ulteriùs quis, quæ hactenus dicta sunt, impugnet hôc modô: *Si DEUS potest omnia, quæ possibilia sunt per puram potentiam activam, sequitur quòd possit mentiri. Sed prius est verum. E. &* posterius. Consequentiam probo, quia mentiri videtur posse peragi per puram potentiam activam.

Becanus *part. I. Theol. Schol. tract. I. cap. XVII. quæst. IV.* respondet, etiamsi mentiri contineatur in rebus possibilibus per activam potentiam, tamen DEUM mentiri, non esse in rebus possibilibus, sed implicare contradictionem.

Sed hæc responsio non videtur rem totam expedire, quia si hoc sufficit, ut aliquid dicatur omnipotens propterea, quòd possit omnia, quæ ipsum facere non implicat contradictionem; profectò & creatura poterit dici omnipotens. Nos autem volumus, Omnipotentem posse facere omnia ea, quæ sunt possibilia fieri absolutè. Sed in refutandâ sententiâ *Becani* diutiùs non immorabor, tùm quia non est nostri instituti, tùm quia jam tum illud suô tempore præstiti.


Nos ad præsentem objectionem respondemus ita: Quando dicitur, *DEUM posse omnia possibilia*, esse addendum hoc: *quæ non important defectum & imperfectionem*. Jam autem si DEUS mentiretur, non esset infinitè perfectus, quia ad illud Ens, quod est infinitè perfectum, requiritur, ut habeat omnem perfectionem simpliciter & formaliter. Perfectio autem simpliciter est etiam

summa



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [105] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [106] - -

ſumma veritas. Quod ſi autem DEUS poſsit mentiri, non eſſet ſummè verus, ſicut ſi injuſtè agere poſſet, non eſſet ſummè juſtus, ſeu ipſa juſtitia. Quæ ſic etiam de hoc.

Antequam ad alia progrediamur, monemus ex Cajetano hoc, non ſemper nobis conſtare, *an DEUS hoc vel illud poſsit facere*. Plurimarum enim rerum accuratam notitiam non habemus, nec novimus, an implicent contradictionem, nec ne. De quo pluribus in noſtris Inſtitutionibus.

Accedimus nunc ad diſtinctionem aliam. Potentia enim porrò dividitur in *Univerſalem*, & *Particularem*.

In *tabella* unicâ deſcriptione expoſui potentiam univerſalem & particularem ita, ut utraque complectatur tàm potentiam activam, quàm paſsivam. Præſtare autem videtur, ſi diviſionem potentiæ in univerſalem & particularem ſeorſim & diſtinctè applicemus tùm activæ tum paſsivæ. Dicimus igitur, *potentiam activam univerſalem* eſſe, *qua aliquid aptum eſt plura eaq; diverſiſsima operari aut efficere ſimul, ſed indeterminatè*, hoc eſt, ita ut quod actio, aut etiam res per eam producta talis vel talis ſit, non habeat ab eâ, ſed ab aliâ potentiâ activâ. Potentia autem *activa particularis* eſt, *qua aliquid aptum eſt certam actionem ed. re determinatè*, i. e. ita, ut quod actio, aut etiam res per eam producta, talis vel talis ſit, id ab eâ habeat. Et per hanc reſtringitur & determinatur, ratio agendi potentiæ univerſalis. *Potentia paſsiva univerſalis* eſt; *quæ æquè reſpicit plures, easq; diverſiſsimas formas indifferenter & ſine diſcrimine recipere. Potentia paſsiva particularis* eſt, *quæ ita reſpicit unam formam, ut non æquè reſpiciat aliam*. Sic potentia paſsiva materiæ primæ in ſe conſideratæ univerſaliſsima eſt, quia æqualiter reſpicit omnes formas corporum generabilium & corruptibilium, easque recipere apta eſt. Cum verò per certas diſpoſitiones ita determinata eſt, ut magis hanc formam reſpiciat, quàm aliam, dicitur particularis. De quibus pluribus dicetur *in Tabella de Cauſis*.

Venimus ad potentiam *proximam ac remotam*. *Proxima potentia* eſt, *quæ immediatè*. i. e. *non interveniente aliò actu poteſt traduci in actum. Remota potentia* contrà eſt, *quæ non niſi interveniente alio actu, aut etiam pluribus aliis actibus poteſt traduci in actum*.

Ariſtoteles hanc diſtinctionem explicat tribus præcipuè in locis, *IIX. Phyſic. cap. V. t. 32. II. de anim. textibus pluribus*, & *IX. Met. text. 2.* ubi etiam plurima proponit exempla. Propoſuimus primarium & maximè manifeſtum in ipso textu, nempè de *actu contemplandi*. Habet potentiam contemplandi tùm ille, qui nondum habet habitum ſcientiæ, nempè qui adhuc rudis eſt & incipit diſcere; tùm qui inſtructus eſt habitu ſcientiæ v. g. Phyſices, habet potentiam contemplandi proximam: poteſt enim contemplari quando vult, nec aliò actu eſt opus. Sed qui nondum callet ſcientiam phyſicam, ille habet etiam potentiam contemplandi, ſed remotam, quia inter tò contemplari, & illam potentiam, quâ ille poteſt contemplari, intercedere prius habitum Phyſicæ oportet.

Ariſtoteles *VIII. Phyſ. t. 32.* proponit hoc exemplum, quod aër in loco inferiori detentus, v. g. in veſicâ, habeat potentiam ad adſcendendum ſurſum proximam; remotò enim impedimentò ſtatim adſcendit. Habet autem & aqua potentiam adſcendendi ſurſum, ſed remotam. Aqua enim quamdiu aqua eſt, & ſibi reliquitur, ex internò ſuò principiò deſcendit. Eſt enim corpus grave. Quando autem dicitur ſurſum ferri, neceſſum eſt, ut prius mutetur in halitum & vaporem. Intercedere ergò oportet actus alios, & eſt in eâ hôc reſpectu potentia remota. Damus exemplum aliud. Lignum jam præparatum, item lateres cocti, lutum maceratum, &c. ſunt in potentiâ proximâ, ut ex illis fiat domus. Statim enim adjungi & in domus formam extrui poſſunt. Sed ligna rudia, lateres nondum cocti, lutum nondum præparatum, habent potentiam remotam ad domum.

Notandum autem hîc eſt, quòd una potentia alia ſit remotior. Quædam enim non eſt ita valdè remota; quædam autem eſt valdè remota, & oportet plures intercedere actus intermedios. Sic in terrâ eſt potentia, ut ex eâ naſcatur animal, ſed valdè remota, Prius enim naſcuntur ex terrâ gramina, ex graminibus in ventriculò naſcitur chylus, ex chylò naſcitur ſanguis, ex ſanguine ſemen, ex ſemine demùm animal.

Notandum deindè, potentiam aliquam diverſorum actuum reſpectu, & proximam & remotam eſſe poſſe. Sic e. g. ligna habent potentiam proximam ut ſecentur, remotam, ut fiat domus ex illis.

Sequitur nunc ultimò ea Potentiæ diviſio, quâ alia dicitur *naturalis*, alia *obedientialis*. Potentia *naturalis* dicitur, *quæ poteſt traduci in actum viribus naturæ ſine ſpeciali DEI operatione*. Quid autem operatio DEI generalis, quid ſpecialis ſit, infrà de cauſâ efficiente monebitur. Potentia *obedientialis* eſt, *quæ non poteſt traduci in actum, niſi accedente potentiâ DEI abſolutâ*. Quid ſit autem potentia DEI abſoluta, diximus jam ſuprà.

Hîc ante omnia evolvenda eſt quædam ambiguitas. Nam variè hactenus *de potentia naturali* egimus. Et tripliciter potiſsimùm potentia naturalis dicitur. 1. Ea, quæ eſt *ingenita rei*, & non eſt acquiſita vel potentiæ naturali ſuperaddita. Quò modò diſtinguitur à *potentia acquiſita*. Ut viſus e. g. eſt potentia naturalis animalis, & calor in igne eſt ejus potentia naturalis. Habitus autem aliquis non eſt potentia naturalis, ſed acquiſita. Hoc modo etiam habitus Theologici, v. g. ſpes, fides, charitas, item habitus ille Apoſtolorum, quò linguarum cognitionem habuerunt,

non

non possunt dici habitus naturales, quia fuerunt infusi. 2. Potentia naturalis dicitur, *ut opponitur liberæ*, & sic potentia libera non est potentia naturalis. Secundùm priorem autem acceptionem potentia libera etiam, v. g. voluntas, potest dici potentia naturalis, quia non est potentia acquisita. 3. Sumitur potentia naturalis, *ut opponitur obedientiali*. Et ita in præsenti distinctione accipitur, estque sic potentia libera etiam naturalis. Nam v. g. voluntas, quæ est potentia libera per essentiam suum, viribus suæ naturæ potest velle & non velle.

Notandum autem hic de præsenti distinctione, quòd omnes concedant, *eam concernere potentiam passivam*. Dicunt enim *potentias passivas alias esse naturales, alias obedientiales, & negant de potentia activa*, ut patet ex Armandô de bello visu, & recentioribus nonnullis, & specialiter ex *tabellis Metaphysicis cujusdam Autoris*.

Verùm nos statuimus, *etiam in potentiis activis dari potentiam obedientialem*. In passivis res quia est clara, non probabo ulterius. De potentiâ activâ autem declarabo hanc meam assertionem ulteriùs. Concedituralabomnibus, quòd in *virga Aaronu* fuerit potentia obedientialis, quatenus ex eâ potuerunt produci amygdala unius noctis spatiô. Quam esse *potentiam passivam* etiam nos concedimus. Nam virtus illius virgæ id non efficit, DEUS autem solus fuit, qui per potentiam suam absolutam hoc fecit. Sed præter hoc propono etiam exemplum *potentiæ obedientialis activæ*. In *altera illa vita beati videbunt DEUM*, & in illâ visione consistit hominis æterna salus seu beatitudo, unde etiam à Scholastic is dicitur *visio beatifica*. Illa visio ex parte producitur ab ipsô intellectu, ex parte à DEO per potentiam absolutam. Est illa visio actus vitalis, & ejus efficiens est intellectus. Est igitur intellectus potentia activa visionis DEI beatificæ, sed est potentia activa obedientialis, quia intellectus solis suis viribus non potest producere actum videndi, sed necesse est, ut accedat divina potentia, à quâ intellectus elevetur ad illam visionem. Habemus igitur hic potentiam obedientialem activam, nempè intellectum.


Monemus autem, dictum Autorem statuere etiam hoc, quod potentia obedientialis non sit in rebus creatis, sed in DEO: sicut expressè scribit, *potentiam obedientialem, qua ex lapidibus possint surgere Abrahamo filii, non esse in lapidibus, sed in DEO*. Sed profectò errorem admittit crassum, & apertissimè sibi ipsi contradicit. Nam ipse statuit, *potentiam obedientialem esse passivam*. Jam autem, quando egit de potentiâ passivâ, dixit nullam in DEUM cadere potentiam passivam. Inde ergò contra ipsum ex ipsius verbis sic argumentor: *Nulla potentia passiva est in DEO. Omnis potentia obedientialis est passiva. Ergo Nulla potentia obedientialis est in DEO.* Bonus ille Vir debebat distinguere inter *potentiam obedientialem, & illam, qua potentia obedientialis traducitur in actum*. Hoc verum est, *in DEO est potentia illa, qua obedientialis aliqua potentia potest traduci in actum*, & hæc est purè activa; *Obedientialis autem semper dicitur potentia ea, qua traducitur in actum*, seu circa quam potentia DEI absoluta versatur.

Notamus etiam hic obiter, quòd ille Autor dividat potentiam passivam in *subjectivam & objectivam*. Sed profectò potentia objectiva, uti pasivâ sæpè distinguitur, non est passiva, V. g. ante mundi creationem omnes res erant in potentiâ DEI objectivâ, sed nihil fuit in DEO. Passiva autem potentia omnis est in certô subjectô. At ante mundi creationem nullum fuit subjectum præter DEUM, in quô, ut diximus, eorum nihil est.

Porrò sequitur distinctio Potentiæ in *activam* vel *passivam simpliciter*; & *activam vel passivam bene & perfecte*. Quæ divisio cum nihil habeat difficultatis, saltim declarabo exemplis. Qui ægrotavit, ita ut non potuerit ambulare, de eô dicimus: *hic non potest incedere*. Et tunc loquimur de potentiâ incedendi simpliciter, quia dum decumbit, ita ut simpliciter nequeat ambulare. Si verò postea paulùm convaluit, & baculi adminiculô incedit, licet difficulter, dicimus: *hic potest ambulare*. Sumimus verò potentiam rursùs simpliciter, ut indifferenter se habet ad bene vel malè posse. Quando verò quis cum aliquô, v. g. Johannes cum Paulô velit per pedes iter facere, & Johannes unô die non possit facere ultra iter unius milliaris, dici solet: *Johannes non potest ambulare*, er kan nicht gehen. Et tunc sumitur potentia ambulandi pro *bene posse*, hoc sensu: *non potest bene ire*. Vel pro *malè*, hoc sensu: *malè ambulat, malè potest ambulare*. Eadem ratio quoque est de *potentia passiva*. Sic de quibusdam nos Germani dicimus: Er kan nicht viel leiden / h. e. non tàm benè potest hoc vel illud pâti, ut alius. Et hæ sunt *divisiones potentiæ potissimæ*, quas adducere in Tabellâ voluimus.


Distinguendum verò est, ut iterum notavimus inter has loqvutiones: *habere potentiam*, & *esse potentia*; quas discernere posse, non est exigui momenti. Τὸ δυνάμει quidem ἐνεργείᾳ, seu *esse potentia*, duo importat: 1. quòd *aliquid habet potentiam ad aliquid*, & 2. quòd *ei desit actus*, vel quòd *non sit positum in actu*. V. g. qui dormit, dicitur potentiâ videns. Habet enim ille videndi potentiam; actu tamen non videt. Igitur *esse potentia*, est *habere potentiam sine actu*; sed *esse potentiam*, vel *habere potentiam*, aliud est. V. g. qui actu videt, dicitur habere potentiam videndi, sed non potest dici, quòd potentiâ videat. Et potest aliquis dici habere potentiam, sive actu videat, sive minus: Sicut e. g. & qui actu videt, & qui dormit, dicitur habere potentiam videndi. Et hactenus *de Potentia*.

Jam paucis de *ejus oppositô* dicendum, quod est



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [109] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [110] - -

est *Impotentia*. Sumitur autem impotentia tri- A fariàm: 1. *negativè*. Impotentia est ex præpositione στερητικῆ. IN, & voce *potentia*. Potestque tribui ei, quod non tantùm potentiam non habet, sed & non habere potest. Et dicitur tunc sumi nagativè, ut v. g quando de lapide dico, quod sit ad videndum impotens. 2. Sumitur *privativè*, quando nimirum animali aut homini cœco tribuimus impotentiam videndi, in quo est absentia habitûs, cùm tamen sit ejus capax. Porrò etiam interdum ita *privativè* sumitur impotentia, ut tribuatur alicui in re aliquâ, *non tamen eò tempore, quò capax illius rei est*, ut si tribuamus catulis primis ab ortu diebus impotentiam videndi. Ubi dicitur quidem de subjecto capaci, sed non eò tempore, quò capax est. Si autem unus & alter mensis abierit, ex quo nati sunt catuli, & unus ex illis non videre potest, tunc tribuimus eis impotentiam videndi etiam eò tempore, quò capaces sunt. Quæ doctrina explicatur prolixiùs à *Logicis in postprædicamentis*. Sed addimus 3. vocabulum impotentiæ sumi etiam *positivè*, pro ipsa *potentiâ*, sed *imperfectâ*, & *aliquid privationis adjunctum habente*. Et hoc modo Aristoteles in *prædicamento qualitatis* dicit, *secundam speciem qualitatis esse* δύναμιν φυσικὴν καὶ ἀδυναμίαν, *potentiam, naturalem & impotentiam*. Sic B v. g. Luscо tribuimus impotentiam videndi, qui quidem potentiam videndi habet, sed quia est admodum imperfecta, potiùs eam dicimus impotentiam, sumptâ voce Impotentiæ *positivè*.

Sed quantum ad concretum *possibile*, de illo quoniam *suprà in doctrinâ de potentiâ objectiva* dixi, nunc quidem plura non addo. Poterunt Domini Auditores illa recolere.

Ad ejus *oppositum* pergimus, quod est ἀδύνατον, sive *impossibile*. Ubi notandum, bifariâm dici impossibile. 1. *absolutè & simpliciter*. 2. *per accidens vel ex hypothesi*. Impossibile *absolutè* dicitur, *quod implicat contradictionem*; vel ut habet Arist. *XII. Met. cap. V. cujus contrarium est necessarium*. Impossibile autem *ex hypothesi seu secundum quid est, quod quidem in se & simpliciter non est impossibile, est tamen impossibile. ex hypothesi*. Rem exemplis declarabimus: *Deum esse injustum* est *impossibile simpliciter*. DEUS enim ens infinitè perfectum est, quod habet omnes perfectiones, quæ sunt simpliciter perfectiones. Inde ergò cùm justitia sit perfectio, simpliciter necesse est, DEUM esse justum, & impossibile, esse injustum. Si enim DEUS non esset justus, careret aliquâ perfectione simpliciter, & sic non esset infinitè perfectus, sed cogitari posset aliquid perfectius: cum tamen DEUS ita perfectus sit, ut perfectius eò nihil sit. Sic etiam *hominem destitui animâ rationali*, quod asserunt Apollinaristæ, est simpliciter impossibile, quia implicat contradictionem; cum de essentiâ hominis sit, habere animam rationalem. Verùm *Adamum non peccâsse*, non est impossibile simpliciter, quia nullâ est hîc contradictio. Sumamus enim terminos ad invicem, v. g. *subjectum* est *Adam, non peccâsse* est *prædicatum*. Hi termini sanè non involvunt contradictionem, nec unus alteri repugnat. Ante lapsum enim fuit vera hæc propositio: *Adam non peccavit*, nec involvitur eâ aliqua contradictio, proinde non est impossibile simpliciter. Jam verò *positò, quod peccârit*, non illis terminis in se spectatis, sed ex illô præsuppositô, *est impossibile Adamum non peccâsse*. Ex quibus satis puto hanc doctrinam de potentiâ patere. Sequitur

TABULA IV.
DE ACTU.

AD significandum id, quod *actum* vulgò E vocant, Aristoteles duobus nominibus utitur, ἐντελέχειά & ἐνέργεια. Ἐντελέχειαν Cicero *lib. 1. Tusc. quæst.* vertit *continuatam quandam & perennem motionem*. Sed parùm commodè. Nam secundùm Aristotelem *V. Met. c. VII.* ut videns & sciens dicitur bifariàm, δυνάμει καὶ ἐντελεχείᾳ, ita & quiescens. Ubi si ἐντελέχεια esset idem, quod continuata motio, ἐντελεχείᾳ quiescens esset idem, quod continuâ F motione quiescens. Præterea Aristoteles *I. I. Phys. text. VI.* motum definit per ἐντελέχειαν. Quod si jam illâ voce significaret motionem, idem definivisset per idem, neque genus in illâ definitione latiùs pateret definitô. Quid? quod motio est ἐντελέχεια secunda? Si ergò ἐντελέχεια significaret motionem, non posset *II. de anima t. 2.* dividi in ἐντελέχειαν *primam* & *secundam*. Alia loco non adducimus.

Vox ἐνέργεια verò nonnunquam apud Philosophos *actionem vel operationem*, & sic aliquem actum secundum notat, ut ex *III. de anima c. III. text. 56. I. Ethic. Nicomach. c. I.* & aliis locis constat. Verùm id non est perpetuum, sed tàm tarè sæpè patet, ut ἐντελεχεια & ἐνεργεία *tale esse*, idem sit, quod *revera tale esse*, & vulgò dicitur *esse actu*. Apud Philosophum *IV. Met. text 16.* hæc leguntur verba: ἡδὲ ἐνέργεια τὸ ἔργον. διὰ καὶ τὸνομα λέγεται ἐνέργεια κατὰ τὸ ἔργον, καὶ συτείνει πρὸς τὴν ἐντελέχειαν. h. e. *Actus* (ἐνέργεια) *autè est opus. Quocirca & actus nomine illo* (ἐνέργεια) *dicitur ab opere, atq; ad formam* (ἐνέργεια) *extenditur*. Sic & ejusdem *l. c.* explicans Philosophus variis modis dici aliquid ἐνεργεία, alia quidem se

habere ait, *ut se habet motus ad potestatem*, alia v. *ut substantia ad materiam*. Ubi certè ἐνέργεια per *operationem* exponi nequit, cùm substantia vel forma substantialis se non habeat ad materiam ut operatio. Similiter *VIII. Met. c. II.* dicit *serenitatem esse quietem in multitudine aëris, & materiam esse aërem; ἐνέργειαν* verò ᾗ οὐσίαν *quietem*. Ubi si ἐνέργεια significat operationem sive actionem, quies esset operatio.

Notamus hîc quoque obiter, nomen ἔργον etiam aliquando opponi τῇ ἐνεργείᾳ, *actioni & functioni muneris*. Ut quando *initio l. I. Eth. ad Nicom.* dicitur: Διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν πλείω. Τὰ μὲν γάρ εἰσιν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρ' ἀυτὰς ἔργα τινά. *Differentia verò aliqua finium apparet, quod alii quidem actus, (actiones) alii vero praeter ipsos opera quaedam sunt.* Hoc modo domus & calceus sunt ἔργα, ædificatio & effectio calcei non sunt ἔργα, sed ἐνέργειαι. Aliquando verò sumitur pro ipsâmet *actione & functione muneris*, vel *munere ac officiô*, sicut notat Antonius Montecatinus in *l. I. Pol. c. II. text. 25.* dicens, vocem ἔργον in verbis illis: πάσῃ δὲ τῷ ἔργῳ οὔσῃ καὶ τῇ δυνάμει, hâc significatione sumi, ut in *principio* tùm *primi*, tùm *secundi libri de partibus animalium*, & in *textu* 35. *l. 7. Met.* & aliis in locis. Sed hæc de voce.

Ulteriùs & intentiùs dispiciendum, *quid sit actus*. Aristoteles *IX. Met. text. II.* describit aliquô modô quid sit actus, & dicit: *Actus est, rem esse non eôdem modô, quô erat in potentiâ.* Sed in hâc descriptione potiùs describit, quid sit *actu esse*, quàm quid sit *actus*. Nihilominus observatu dignissima mihi videntur ea, quibus dicto loco Aristoteles exponit, quid sit actus vel esse actu. ἔστι δὲ ἐνέργεια, ait, τὸ ὑπάρχειν τὸ πρᾶγμα, μὴ ὕτως, ὡσαύτως λεγόμενον δυνάμει. *Est autem actus, rem non ita se habere, quemadmodum potentiâ dicimus esse.* Ubi quidem, uti diximus, explicatur, quid sit *esse actu*. Sed facilè possumus exiguâ verborum mutatione definitionem illam accommodare ipsi *actui*, dicendo: *Actus est id, quo res ita se non habet, quemadmodum potentiâ esse dicimus.*

Porrò Aristoteles *dictô locô* declarat exemplis, quid sit *esse potentiâ*, v. g. exemplo Mercurii, quem dicit potentiâ in ligno rudi, seu non habente formam Mercurii, cùm ejus capax sit; & in totâ (lineâ) dimidiam, quatenus ab ipsâ divelli, & actu per se esse potest, uti exponit Alexander.


Quoniam autem tradita definitio actûs, sive potiùs ejus quod est actu, non est perfecta, accedit Philosophus ad fusiùs exponendum, quid sit actus, vel esse actu, ita tamen, ut præmittat egregiam illam & notabilem admodùm sententiam, quæ est: ὃ δεῖ πάντες ἔχειν ζητοῦν, ἀλλὰ τὸ ἀνάλογον συναγεῖν. *Non oportet cujusque rei definitionem quærere, sed rationum similitudinem considerare.* Inducit igitur exempla, eaque non pauca singularium sive specialium actuum, aut eorum, quæ sunt actu, eaque comparando cum singularibus seu specialibus (quibus respondent) potentiis, aut iis, quæ potentiâ sunt, docet, *sicut se habent speciales actu ad potentias speciales, aut esse actu actibus specialibus ad esse potentiâ potentius specialibus: Ita se se habere actum, vel id, quod est actu universè sive in suâ latitudine, ad potentiam, vel id, quod est potentiâ in suâ latitudine.* Sic ergò se habet actus vel esse actu in suâ latitudine, sicut se habet τὸ οἰκοδομεῖν πρὸς τὸ οἰκοδομικὸν, ædificans ad id, quod callet artem ædificandi, non tamen ædificat. Et forma separata sive educta jam ex potentia materiæ (hanc enim intelligit Arist. per formam separatam) ad materiam ipsam, in quâ ante eductionem erat potentiâ. Ubi tamen notandum, in plerisque hisce exemplis expresiè sermonem esse de concreto, nempe de τῷ ἐνεργείᾳ εἶναι sive actu esse. Possunt autem facile accommodari ad abstractum, nempe ipsam ἐνέργειαν sive actum, ut sit in locum τῷ οἰκοδομοῦντι, ædificantis, οἰκοδόμησιν ædificationem substitueris. Cæterum super eô, quod diximus, traditam actus definitionem non esse perfectam visum est adjicere verba Fonsecæ ad *text. XI. literat.* quæ hæc sunt *Actus in communi, cùm sit quoddam valdè generale, & omnia genera* (prædicamenta) *transcendat, atque adeò extrà genera omnia reperiatur, definitionem veram & germanam, quæ ex genere, propriô, propriaq; differentiâ conficitur, habere non potest; nam propter hujusmodi valdè communia & transcendentia potissimùm dictum est ab ipso, non omnium quærendam esse definitionem, quod de perfectâ intelligendum est.* Hæc Fonseca.

Nunc venimus ad *distinctiones*, & primô locô se offert illa, quâ actus dividitur in *PURUM & NON-PURUM*. Actus *purus est, qui excludit omnem potentiam passivam.* Cujusmodi actus est solus DEUS. Ipse enim solus est ἀπαθὴς. Reliqui Spiritus qui creati sunt, ut angeli & animæ, non excludunt omnem potentiam passivam, sed habent in se potentiam quandam passivam. Quod patet inde, quia & angeli & anima rationalis suscipiunt in se suos actus: ut quando angelus vel homo intelligit, vult, &c. recipit in se illos actus, qui fiunt cum dependentiâ à substantiâ angeli, vel animæ rationalis, & sic quædam fit passio. Actus autem *NON-PURUS est, qui non est alienus ab omni passione*, uti ex hactenus datis exemplis res clara est.

Secun-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [113] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [114] - -

Secundò dividitur Actus in *formalem & entitativum*. Actus *formalis* est nihil aliud, quàm *forma aliqua informans materiam*. Ita anima rationalis est actus formalis, quia est forma hominis, & informando corpus organicum humanum, hominem constituit, & facit ut sit homo. Actus autem *Entitativus* est id, quod aliàs vocatur *existentia*. Existentia autem est *id, per quod quid existit*. Ut velut calor est id, per quod quid est calidum, ita existentia est id, per quod aliquid existit. Quid autem sit existentia, accuratè non potest definiri, est enim universalissimum quid. Vulgò dicitur quod sit *id, per quod aliquid est extrà suas causas*. Ut domus aliqua quando nondum est extructa, non est extra suas causas. Causæ enim ejus sunt ligna, lapides, item fabri & alia, in quibus consistit domus, quando nondum extructa est. Si autem extructa est, tunc est constituta extra suas causas. Intra causas autem contineri est, quando absunt causæ, quarum vi potest fieri in rerum naturâ. Quando autem res ab aliis causis jam est producta, tunc dicitur illa res esse extrà suas causas. Sed ut actus entitativus seu existentia hoc modo describitur, non competit DEO, sed tantùm rebus creatis, seu etiam factis, quæ aliquando fuerunt in potentia. Solet autem existentia etiam sic describi: *Existentia est id, quo aliquid dicitur esse extra nihil*; quô pactô etiam DEO competit.

Porrò distinguitur actus in *primum* & *secundum*. Est hæc distinctio frequentissima, quam proponit Arist. *II. de anima textu 2.* Non autem definit ibi, quid sit actus primus, quid secundus, sed rem declarat exemplo. Dicit enim: *Actus primus est ut scientia, actus secundus ut contemplari*. Et sanè Aristoteles rectè non omnia definivit? ridiculum enim quærere omnium rerum definitionem, ut olim ne olus in foro absque definitione vendebant. Nos dicimus, doctrinam de actu primo & secundo posse duobus modis explicari: *1. ut etiam detur actus tertius, quartus* &c. Ut v. g. operationes intellectûs possunt dici tres actus. Sed h. l. ita non sumimus actum primum & secundû. *2. ut tantùm actus primus & secundus, nec præter hos tertius aut quartus detur*, ita ut *actus primus sit forma, à quâ procedit operatio*; *actus secundus operatio ipsa*. Et sic h. l. sumimus. Ex quo patet, quod ipsa potentia possit dici actus, nempe potentia activa potest dici actus primus. Sic visus respectu visionis habet se ut actus primus, quatenus facit aptum oculum, ut videre possit. Ipsa autem visio à potentiâ videndi profecta, est actus secundus.

Quartò actus dicitur alius *signatus*, alius *exercitus*. Quæ distinctio locum habet, quando agitur de diversâ consideratione rerum in disciplinis, non autem habetur apud Aristotelem, sed proponitur à Scholasticis, & non exigui est usûs. Videtur autem actus *signatus* nil esse aliud, quàm *natura rei*, aut *ratio ejus formalis seu essentia, & quæ ad eam pertinent*. Actus autem *exercitus* videtur nihil aliud denotare, quàm *essentiam rei* non in se, sed *ut est rebus applicata*. Vel actus *exercitus* videtur esse *ipsa res, ut ei applicatus est actus signatus, seu ratio formalis & essentia rei*. Sic e. g. Logicus agit de genere & specie in actu signato, quia definit quid sint. Theologus verò in actu exercito, quia non definit quid sit genus, quid species, sed agit de rebus, quas dicit esse genera & species, & his rationem generis & speciei applicat.

Sunt verò in hâc doctrinâ sedulo distinguenda hæc duo: *esse aliquid actu*, & esse *actum*. *Actus* scilicet est *id, per quod aliquid est actu*. *Actu* autem *esse* est *habere actum*. Sic e. g homo non est actus, est tamen aliquid actu, quia constat ex actu & potentiâ, nempè ex corpore tanquam materiâ, & animâ rationali tanquâm formâ. Quanquam de animâ possit dici utrumque, & quod actus sit, & quod actu sit. Actus enim est, quatenus actuat materiam, & facit ut ille, qui potentiâ homo erat, sit homo actu. Actu autem est, cum existit in rerum naturâ, & habet actum entitativum. Non autem dicitur esse actu, ut homo, quòd habeat actum formalem, sed quia est ipse actus.

Tandem videndum est, quomodo verum sit, quod docent Autores, *actum & potentiam esse opposita*. Actus sanè & potentia possunt simul stare, imò ex actu & potentiâ fit ens per se, ut ex animâ & corpore fit corpus animatum. Dicimus igitur, quod inter actum & potentiam oppositio sit non aliter, nisi quatenus in potentiâ est privatio actûs; & sic non possunt dici de eodem respectu ejusdem. In hôc enim, quod aliquid dicitur esse potentiâ, includitur actûs privatio. Potest enim quælibet potentia actum habere, quando autem non habet actum, tunc dicitur res esse potentiâ. Quandocunque ergò res est potentiâ, impossibile est esse actu, vel impossibile est, cum potentiâ esse conjunctum actum? ut quando homo in somnô non videt, tunc dicitur homo esse potentiâ videns, & adest privatio actûs videndi. Quando autem adest actus videndi, tunc potest dici, quod habeat potentiam videndi, sed non potest dici, quod sit videns potentiâ. Ita aqua potentiâ calida nondum habet calorem, & non potest dici actu calida, estque sic privatio caloris, & ita esse potentiâ calidum & color, opponuntur privativè.

TABULA V.

DE PRINCIPIO ET PRINCIPIATO.

SEquitur nunc doctrina de *principiô & principiatô*. Quando potentia traducitur in actum, tunc fit principium actus, & actus est principiatum. Sicut quando homo incipit videre, tunc fit principium visionis, & visio est principiatum. Rectè igitur post doctrinam de actu & potentiâ agitur nunc de *principiô & principiatô*.

Principium Thomas *part. I. quæst XXXIII.* definit, & dicit esse *id, unde aliquid quôcunque modô procedit*. Quæ definitio Thomæ locum habet in omnibus principiis. Quando enim ignis producit calorem in aquâ, calor ab igne procedit, & ignis est principium caloris. Materia etiam est principium passivum, ex quô aliquid generatur, & sic procedit tanquam à principiô, licet aliô modô, ac à causâ efficiente, à quâ tanquam à potentiâ activâ res aliqua procedit.

Aristoteles *V. Met. c. I.* principium sic describit: *Principium est id, à quô aliquid est, aut fit, aut cognoscitur*. In qua descriptione continetur simul generalis quædam divisio principii.

Dicis: Divisio est distincta à definitione, & aliud est dicere *quid*, aliud *quotuplex res sit*. E. divisio à definitione debet exulare.

Verùm Resp. in iis, quæ univoca sunt, quando aliquid describitur vel definitur, tunc si propriè de definitione velimus loqui, non debet ingredi definitionem divisio, vel particula disjunctiva ulla. Sed quando describitur id, quod est vel analogum, vel æquivocum, non adeò vitio vertitur, si in illâ descriptione mentionem faciat divisionis. Quamvis & in analogis & æquivocis possimus uti tali definitione, in quâ non sit divisio, nempè si primarium tantùm significatum velimus definire. Nam analogum per se positum stat pro significatione famosiori. Sic quando definio sanum, quòd sit id, quod habet facultatem edendi rectè operationes vitales, licet non omnibus sub voce sani contentis competat, tamen bona est hæc definitio, quia primarium significatum, pro quô absolutè stat sanum, definit.

Satis autem pervulgata est distinctio principii bimembris, nempè in principium *essendi & cognoscendi*. Atq; hîc loci ex descriptione Aristotelicâ additur *tertium membrum, principium fiendi, seu rei in fieri*. Dicat ergò jam quis: Si datur tertium membrum, aut divisio illa bimembris vulgata erit insufficiens, aut si est sufficiens, tertium membrum redundabit. R. *Principium essendi* posse sumi bifariàm 1. Pro eô, *à quô esse rei dependet, ita ut postquàm jam facta est, & quamdiu est, ab eô dependeat*. Quô modô materia & forma sunt principia essendi substantiæ corporeæ, ut anima & corpus hominis. Nam homo, qui jam genitus est, quamdiu subsistit, à corpore & animâ dependet. 2. Pro eô, *unde quomodocunque esse rei dependet*. Quâ ratione omne principium rei in fieri est principium essendi. Cùm enim fieri rei terminetur ad esse ejus, vel quod eodem recidit, cùm res accipiat esse suum per fieri suum, id, quod est principium fiendi, est etiam principium essendi ejus, sive res ab eô quoque dependeat, quando jam facta est & quamdiu subsistit sive quando jam facta est, non amplius ab eô dependeat. Hâc acceptionne etiam sutor est principium essendi calcei, quia enim sutor calceum efficit, sive quia calceus à sutore fit, ideò calceus esse suum habet à sutore, & sic sutor est ejus principium essendi. Priori verò modô calcei principium essendi sutor non est, quia postquàm jam factus est calceus, à sutore non dependet. Manet enim calceus sutore, à quô confectus est, etiam mortuô, &c. In posteriori ergò acceptione sub principiô essendi principium fiendi semper continetur, & sic locum habet distinctio bimembris. In priori v. significatione ab eô distinguitur, potestque aliquid esse fiendi principium, quod non sit principium essendi, quemadmodum patet ex dictis, & propterea in textu Aristotelis mentio fit tertii etiam membri.

Occurrit porrò apud Autores distinctio alia Principii, nempe in principium *QUOD* & principium *QUO*. Illius definitio nominalis fortasse tradi potest hæc: *Principium QUOD est id, cui sumto in casu recto, aut locutione æquipollente, tribuitur verbum significans id, cujus est principium*, & præcipuè est aliquod suppositum, ut gubernationis navis gubernator, ignis ustionis principium est quod. Dicimus enim, gubernator gubernat navim, ignis urit. Neque obstat, quòd rectè etiam dicatur, navis gubernatur à gubernatore; ab igne uritur hoc vel illud, quoniam istæ locutiones prioribus æquipollent. Hinc diximus in definitione: *Cui tribuitur operatio in casu rectô, aut locutione æquipollente*. Sed *principium QUO est id, cui sumto in casu auferendi, aut locutione æquipollente, adnectitur verbum denotans id, cujus est principium*. Et hoc principium etsi non semper, ut plurimùm tamen est natura aliqua aut forma, sive ea sit essentialis, sive accidentalis, item pars integralis, vel instrumentum. Sic unumquodq; horum, ars quæ dicitur κυβερνητικὴ, manus, remo, est id, quô gubernatur navis. Unde dicimus, *gubernator arte, manu, temone navim regit, ignis calore urit*, &c. Neque hîc obstat, quòd dicimus, *beneficiô artis vel manus, adminiculo temonis gubernator gubernat navim*, &c. quia hæ locutiones prioribus æquivalent.

Ubi tamen sciendum 1. non semper ita distingui

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [117] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [118] - -

stingui principium *QUOD* & *QUO*, quin ali- A quid possit esse simul principium *QUOD* & principium *QUO*, sicut *anima* est id, *quo* cognoscimus vel intelligimus, *II. de animâ text. XXIV.* Sed *III. de animâ cap. IV.* dicit Philosophus, animam quoque esse id, *quod* cognoscit. Sic homo manu movet baculum, & baculò lapidem, *l. VIII. Phys. v.* dicitur *baculus movet lapidem.* Et quemadmodum dicimus: *Ego hisce meis oculis vidi.* Ita *Luc. II. v. 30.* dicitur: *Oculi mei viderunt salutare tuum.* (2.) *Semper dari aliquod principium QUOD,* B *quòd non sit simul principium QUO*, ut homo, qui baculum manu movet, non est id, quò movet baculum. Est & hîc notanda (3.) quædam regula, quæ talis: *Principium QUO præsupponit principium QUOD.* Quam quidem regulam non memini me legisse, sed eam confeci, & illam omninò veram esse, probo inductione. Nemo enim unquàm dabit mihi *principium QUO*, ubi non sit *principium QUOD.* Sic in scriptione *principium QUO* est manus; adest autem etiam *principium* C *QUOD*, nempe homo. Item calore tanquam *principio QUO* calefit aqua, sed adest simul *principium QUOD*, nempe ignis. Et sic consequenter in omnibus exemplis, ubi datur *principium QUO*, etiam necesse est dari *principium QUOD.* Et tantum de *principio QUOD* & *QUO.*

Sequitur nunc divisio III. quâ principium dicitur vel *causa*, vel *non-causa.* Latiùs patet *principium* quàm *causa.* Est n. *omnis causa principium*, D ut habet Aristoteles *c. I. l. V. Metaph.* Sed *non omne principium etiam est causa.* Nam in physicis privatio est principium, nec tamen causa. Nec enim est efficiens, nec materia, sed accidens materiæ; multò minùs est forma vel finis. Sic etiam primum punctum in lineâ est principium lineæ, & aurora est principium diei; item, unde quis primùm incipit moveri, principium itineris; sed nullum horum est causa. Patet ergò principium & causam differre, ut differunt genus & species. Et per consequens rectè dividitur E h. l. principium in principium *causale* & *non-causale.* Principia *non-causalia* solent dici ea, quæ paulò antè adduximus. Principia autem *causalia* sunt quatuor illa genera causarum.

Causa quid sit, est difficilè definire, & diversi diversè definiunt. Nos ex Soario *Disp. Met. XII.* dicimus, *Causam esse principium influens esse in aliud.* Ubi *principium* est genus, *influens esse in aliud,* F differentia.

Sed hîc dicat aliquis: *Si causa hôc modò rectè definitur, Pater in divinis erit causa Filii.* Sed *Theologi negant Patrem esse Filii causam.* Probatur autem, quòd Pater hôc modò sit Filii causa, quia *si Pater Filium genuit ab æternò, erit principium influens esse in filium, & ejus causa.* Ergò sic *malè causa à Suarezio est definita.*

Verùm Resp. observanda est vox *ALIUD*, Nam licet Filius in divinis sit *alius* à Patre, non tamen est *aliud.* Pater influit quidem esse in *alium*, sed non in *aliud.* *Aliud* autem importat hoc, quòd id *ab eô, cujus respectu dicitur aliud, habeat numerò saltem diversam essentiam.* Ut e. g. diversam numerò essentiam habet Ascanius ab Æneâ. Sed in divinis Pater & Filius non habent aliam atque aliam, sed eandem numerò essentiam; & in hôc consistit mysterium, quòd eadem numerò essentia prædicetur de tribus personis. Usus autem sum voce *saltem*, dum dixi, quòd requiratur *saltem numerò diversa essentia.* Mihil enim impedit, quò minus id, quod dicitur aliud ab aliô, habeat essentiam etiam specie diversam ab aliô, sicut equus & numerò & specie aliud est ab homine.

Sed porrò circà hanc definitionem Soarii notandum ex eôdem, quòd verbum *INFLUIT* non strictè & specialiter, ut tribui solet causæ efficienti, accipiendum sit; Sed generaliùs, prout æquivalet verbo *DANDI* & *COMMUNICANDI.* Sensus ergò est hic: *causam esse principium dans vel communicans esse effectui.* Et sic hæc definitio non solùm causæ efficienti, sed & aliis causis convenit, nempe materiæ & formæ, ut res est manifesta. Quomodo autem finis influat esse, dicemus infrà in *capite de causâ finali.* Hæc de generali causæ definitione monuisse nunc sufficiat.

Dividitur tandem principium in *INTERNUM & EXTERNUM.* Quæ divisio etiam causæ applicari solet. Principium *INTERNUM est, quod ita est causa vel principium, ut ipsam principiati constitutionem ingrediatur.* Principium *EXTERNUM est, quod ita est principium, ut non ingrediatur constitutionem effectus seu principiati.* Hôc modò principia sunt causa efficiens & causa finalis: Nam quando aurifaber facit poculum, non ingreditur constitutionem poculi. Et sectio, quæ finis serræ est, non ingreditur constitutionem serræ. Serra enim est serra, licet non secet, vel licet non utamur eâ ad secandum.

Super est *Correlatum Principii*, quod est *principiatum.* Ubi sunt nonnulli, & inter illos quoq; Fonseca, qui negant principiatum esse dicendum correlatum principii. Sed correlatum principii esse his verbis describendum: *Id cujus est principium.* Sed nos non videmus causam, cur negemus principiatum esse correlatum Principii. Aristoteles *l. VII. Categ.* docet, quomodo debeant esse comparata correlata, si non habeant nomen. Nempe derivandum esse à relati nomine tale nomen, quod complectatur omnia illa, ad quæ relatum refertur, & ita quidem, ut, sicut relatum refertur ad ipsum, ita ipsum referatur ad relatum. Quomodo v. g. ab *alâ* derivatur *alatum*, à *clavô clavatum*, à *caput capitatum.* Jam hæc sunt correlata ita, ut detur ἀντιστροφὴ hôc modô: *clavus est clavati clavus, & clavatum est clavi clavatum.* Item: *Caput est capitati caput, & capitatum est capitis capitatum.* Unde argumentamur pro nostrâ sententiâ hôc modô: *Quodcunque voca-*

bulum ad nomen principium ita se habet, sicut capitatum ad nomen caput, & clavatum ad nomen clavus; illud est verum correlatum principii. Sed hoc vocabulum principiatum *ita se habet ad nomen principii, ut se habet nomen capitatum ad nomen caput & clavatum ad nomen clavus.* Quod quidem res ipsa loquitur; quomodo enim derivatum est *capitatum* à *caput*, ita derivatum est nomen *principiatum* à nomine *principium* &c. E. *hoc vocabulum* principiatum *est verum correlatum principii.*

A fuit definitum: aliter nempe à Thomâ, & aliter ab Aristotele: Ita nunc quoque *principiatum* dupliciter potest definiri. Nempe ut Thomæ *principium* erat *id, à quo aliquid quôcunque modô procedit: Ita principiatum est id, quod aliunde quôcunque modô procedit.* Quemadmodum verò Aristoteli *principium* erat *id, à quo aliquid aut est aut fit, aut cognoscitur:* ita *principium* erit *id, quod ab aliô aut est, aut fit, aut cognoscitur.* Et hactenus de *principio* & *principiato.* Nunc sequitur doctrina spe-

B cialior *de causarum generibus.*

Ut autem nunc suprà *principium* dupliciter

TABULA VI
DE CAUSA EFFICIENTE.

LOcum inter causas primum alii dant causæ efficienti, alii materiæ, alii formæ, alii fini. Sed parùm refert. Nos primum locum damus *causæ efficienti.*

Hæc ab Aristotele describitur, quod sit *primum principium motus & quietis.* Verùm sic describitur tantùm efficiens ea, qua est *physica.* Deus enim est causa efficiens mundi, dum produxit eum ex nihilô. Et tamen DEUS non est principium motûs, quando aliquid creat, cùm motus semper subjectum requirat, quod moveat. Cùm

D autem creatio non præsupponat subjectum, ideoque latior est adferenda causæ efficientis descriptio; quam vide in *tabellâ.* Nos ad divisiones causæ efficientis pergimus, quæ jam sequuntur.

Prima divisio est in causam efficientem *Physicam & moralem.* Causa *physica* est, *quæ revera præstat influxum in effectum. Moralis* autem est, *quæ in effectum non influit realiter, ita tamen se gerit, ut intuitu effectus culpa aut meritum in ipsâ resideat.* Vel, causa efficiens *moralis est, quæ non in-*

E *flui in effectum, et tamen imputatur effectui.*

Sed hîc statim quis objiciat, *non convenire causæ morali definitionem causæ efficientis. E. huc eam non pertinere.* Nam causa efficiens est, quæ *præstat influxum in effectum; sed causa moralis non præstat influxum.* Diximus enim eam esse causam, licet non influat in effectum. Jam verò quicquid non cadit sub genus, non cadit sub speciem.


Sed ad hoc potest responderi, nempe quando id, quod definitur, non est aliquid synonymũ,

F sive non prædicatur synonymicè de suis inferioribus, tunc fieri posse, ut assignetur definitio, quæ non omnibus inferioribus vel speciebus ejus conveniat, sed tunc vel utendum esse divisione & conjunctione disjunctivâ, vel definitionem tradi ejusmodi, quæ non nisi primariæ speciei convenit. Et hoc fit, quando id, quod definiri debet, est analogon. Sic quoque causæ nomen non competit omnibus causis univocè & æqualiter, sed nonnullis priùs, nonnullis posteriùs. Quod etiam hîc usu venit, quando causa efficiens dividitur in physicam & moralem. Physica enim magis causa efficiens est, quàm moralis, quæ secundùm analogiam saltim sic dicitur. Non ergò mirum, quando non æquè utrique definitio generis competit, quia non sunt species univocæ.

II. Dividitur causa efficiens in *PRINCIPALEM & INSTRUMENTALEM.* Causa efficiens *principalis est, quæ influit in effectum virtute non ignobiliori, quàm ad ipsum producendum requiritur.* Interdum solet fieri, ut causa longè majorem perfectionem, & nobiliorem virtutem habeat suô effectu. Interdum autem effectus & virtus causæ principalis sunt æquè nobiles, & tunc dicitur causa univoca. Quando autem effectus non ita est nobilis; ac ipsa causa principalis; tunc dicitur causa æquivoca, & effectus æquivocus. Causa *instrumentalis est, quæ influit in effectum virtute ignobiliori, quàm ad eum producendum requiritur.* Opus ergò semper est agente superiori, à quô instrumentum elevetur, ut possit influere in effectum nobiliorem, quàm ut instrumentum ipsum possit producere: v. g. ad pingendas literas non sufficit penna, sed requiritur insuper varius motus, & indiget calamus causâ principali, à quâ diversis motibus agitetur. Est igitur calamus scriptionis instrumentum, scriptor autem causa principalis.


Notamus autem imprimis hôc locô id, nempe *instrumentum & causam instrumentalem non esse prorsus idem.* Quod quidem ego non memini esse ab ullô observatum. Distinguo autem hæc duo, non quod invicem opponantur: habent enim interdum causa instrumentalis & instrumentum idem esse; Sed quia *instrumentum latiùs patet, quàm causa instrumentalis, & potest aliquid esse instrumentum; ut tamen nullam habeat vim vel potentiam agendi:* quale quid est incus fabri, quæ habet se merè passivè, & est instrumentum quidem fabrile, sed non causa instrumentalis. Quod patet inde, quod planè nihil efficit. Omnis autem causa instrumentalis est species causæ efficientis; & dividitur hæc in principalem & instrumentalem. Incus verò sub neutrâ harum specierum continetur. Et longè patet latiùs instrumentum, quàm causa instrumentalis. Deinde dico, *nullam causam*

instru-



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [121] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [122] - -

instrumentalem veram esse absque actu secundo. Ut A e. g. serra in pariete pendens, est tantùm instrumentum, non verò potest dici causa instrumentalis, quia non est constituta in actu secundô.

Recensent autem Aristoteles multa, quæ nomine instrumenti veniunt. Nam 1. dicit instrumenta posse vocari *causas secundas respectu primæ.* Sic DEUM esse causam primam, omnes causas reliquas esse secundas, & sic instrumenta primæ multorum est sententia. A quâ abeuntes nos, potiùs dicimus, causas secundas et- B iam causas principales. Et quod attinet allatum exemplum de DEO & causis secundis, concurrit quidem DEUS ex communi sententiâ ut causa universalis ad operationes reliquarum causarum particularium; sed hôc ipsô non impedit, quô minus illæ causæ, cum quibus concurrit, sint causæ principales. II. dicuntur instrumenta *partes viventium dissimilares*, ut manus, pes, oculus. Ubi quidem nonnulli ob- C jiciunt, instrumentum non posse esse partem ejus, cujus est instrumentum, & v. g. manum, cùm sit pars corporis humani, non posse esse ejus instrumentum. Sed Philoponus *in præfat. ad prior. anal.* dicit, *manum esse instrumentum animæ, partem autem non animæ, sed corporis.* Et Ammonius dicit, *nihil absurdi esse, aliquid esse instrumentum, & quoque partem ejus, cujus est instrumentum. Nam*, inquit, *alicubi fieri potest, ut idem pars instrumentum sit*, & adducit exemplum *de manu.* III. dicuntur instrumenta D *qualitates*, quatenus inserviunt substantiis ad muneris functionem. Hoc est, quatenus considerantur qualitates respectu alicujus effectûs substantialis, vel quatenus in una substantia generandâ, alia substantia iis qualitatibus utitur. IV. dicuntur instrumenta *instrumenta illa artium* quæ Aristoteles *effectiva* vocat. Dicitur autem instrumentum effectivum, non quòd proprie aliquid efficiat, sed *quia est instrumentum artis, quæ est habitus effectivus.* Sic quia incus est instru- E mentum alicujus artis, rectè refertur ad instrumenta effectiva seu ποιητικὰ, etiamsi nihil efficiat, sed merè passivè se habeat. Dantur & instrumenta, quæ Aristoteles vocat πρακτικὰ *practica*, & sunt illa, quæ inserviunt disciplinæ illi, quæ dicitur *Oeconomica*, quæ definitur, quòd sit ἕξις πρακτικὴ, *habitus practicus.* Hinc fit, quòd etiam illius instrumenta dicantur πρακτικά. V. Dicuntur instrumenta quædam *disciplinæ, quæ totæ sunt propter aliam*, ut χαλινοποιητικὴ respectu ἱππικῆς &c. Sic Ammonius proponit quæstionem: *Parsne, an instrumentum Philosophiæ sit Logica?* & affirmat esse instrumentum. F

Sed accedimus nunc ad III. divisionem, quâ causa efficiens dividitur in *univocam* & *æquivocam.* Causa *univoca est, quæ producit effectum ejusdem speciei.* Contrà *æquivoca est, quæ producit effectum diversæ à se speciei.*

Notandum autem hîc, quando mentio fit *speciei*, quôd sit intelligenda *species specialissima.* Nam etiam causa æquivoca potest producere effectum ejusdem speciei, sed non specialissimæ, verùm tantùm subalternæ. Sed quando mentio fit *speciei simpliciter*, ut hoc locô fit, semper intelligimus *speciem specialissimam.* Ut quando dico, homo & equus sunt diversæ speciei, sensus est non de specie subalternâ; sic enim sunt ejusdem speciei; sed specialissimâ seu infimâ. Hæc divisio causæ efficientis, quia maximè est cognita & usitata, nos non debet morari.

Venimus ergô ad IV. quâ dividitur causa efficiens in *liberam* & *naturalem.* Quæ quid sint, facilè perspiciet, qui doctrinam de *potentiâ liberâ & naturali*, de quâ suprà egimus, intelligit. Causa enim *libera* nihil aliud est, quàm *potentia libera traducta in actum*, vel *res habens potentiam liberam traductam in actum.* Causa autem efficiens *naturalis* vel est *ipsa potentia naturalis traducta in actum*; vel *res habens potentiam naturalem ad actum productam.* Sic ignis, quando comburit lignum, est causa naturalis, quia habet potentiam naturalem, (nempe calorem) per quam effectum suum (combustionem) actu producit. Homo autem quando scribit, ambulat, currit, &c. est causa efficiens libera, quia potentia illa, quâ scribere potest, est libera, quia ab ejus voluntate dependet, scribere, & non scribere, scribere hoc & scribere illud.

Dividitur ulterius V. causa efficiens in *internam* & *externam.* Quædam enim causa efficiens producit effectum *in se*, quædam *extra se.* Illa dicitur *interna*, hæc *externa.* Sic ignis quando producit calorem in aquâ vel aëre, est causa externa: non enim producit in se, sed extra se calorem.

Sed hîc quis objiciat: *Si omnis causa efficiens est externa, nulla erit interna*, & per consequens *malè dividitur in hîc internam & externam. Sed prius est verum*, cùm causæ internæ sint materia & forma, externæ autem efficiens & finis. E. & posterius.

Resp. Hæc objectio speciem præ se fert non omninò ineptam. Verum statim potest dici, aliud esse *causam esse externam vel internam*, aliud esse, *causam efficientem esse externam vel internam.* Vel, aliud esse, *quando hæ differentiæ, internum* vel *externum esse, tribuuntur causæ in genere*, aliud, *quando tribuuntur alicui speciei causarum*, nempe *causæ efficienti.* Causa in genere dividitur in *internam* & *externam*, & hôc modô differentia illa se ita habet, ut omnis causa efficiens sit causa externa. Quando autem attribuuntur hæ differentiæ causæ efficienti, tunc etiam quædam causa efficiens est interna. Quod declaramus ulterius ita: Dicitur causa *externa* vel *interna. 1. comparatione effectus. 2. comparatione subjecti, in quô ipsa causa vel principium causandi est vel non est.* Quando dividitur

ditur causa in genere, in internam & externam & efficiens dicitur causa externa, tunc *externum* & *internum* sumuntur respectu effectus, & sic dicitur *causa interna*, ut supra audivimus, *quæ ingreditur constitutionem causati*, *externa*, *quæ non ingreditur constitutionem rei, cujus est causa.* Et sic omnis causa efficiens, etiam quæ aliàs interna dicitur, est externa. Nulla enim ingreditur constitutionem sui causati. Quando autem hôc locò causa efficiens dividitur in internam & externam, tunc *externum* & *internum* sumuntur respectu *subjecti*, ita ut *quandam causam efficientem producere suum effectum in eô ipsô subjectô, in quô est, quandam extrà illud subjectum & in alio producere effectum suum*, innuatur. Quo jam pactô inter se invicem non pugnant: *omnem causam efficientem esse causam externam, & quandam esse internam efficientem.*

Tandem VI. dividitur causa efficiens in *PRIMAM & SECUNDAM.* Illa est, *quæ à nullo dependet, ab ipsâ autem omnia reliqua dependent*, & talis solus DEUS est. Hæc, *quæ aliam suprà se causam agnoscit, à quâ dependet & dirigitur.* Quales in suis operationibus sunt omnes reliquæ causæ efficientes creatæ. Sed hæc difficultatis nihil habent. Ergò doctrinam de *causâ efficiente* finimus.

TABULA VII.
DE MATERIA.

MATERIA ab Aristotele *lib. II. phys. cap. III. & lib. V. Met. c. II.* definitur, quòd sit *id, ex quô aliquid fit, cùm insit.* Non absimilis definitio habetur *1. Pol. cap. VIII.* ubi Aristoteles dicit: ὕλην λέγω τὸ ὑποκείμενον, ἐξ οὗ πρώτου ἔργου, *materiam dico subjectum, ex quo aliquod opus perficitur.* Verùm dicimus, has descriptiones convenire materiæ, tantùm ut est causa compositi in fieri. Cùm enim aliquid ex materiâ jam factum est, non potest id amplius dici ex materiâ fieri, ut lapides & lingua sunt materia domûs, at si domus jam existit extructa, dici nequit lapides & ligna esse id, ex quô domus fit. Ergò afferenda alia est descriptio, quæ competat materiæ non solùm in fieri, sed etiam in factô esse. Talis autem est, quando dicimus, *materiam esse id, ex quo aliquid fit aut factum est, cùm insit.*

Notavimus autem in textu, *causatum materiæ* esse tum *compositum*, tùm *formam*, & utrumq; tùm *quoad fieri*, tùm *quoad factum esse.* Primariò materia compositi causa est, secundariò autem formæ. De causato primario, quod est compositum, res non est difficilis. De causato secundario, quod diximus esse formam, adhibenda est quædam distinctio. Consideratur forma bifariam. 1. *secundum esse absolutum, seu ut est res aliqua.* 2. *ut est causa formalis.* Hæc distinctio patet exemplo. V. g. quando homo vivit, anima rationalis est ejus forma, & non tantùm est res quædam, vel non solùm tunc obtinet esse suum absolutum, sed est etiam actu causa formalis: informat enim corpus humanum, & illâ informatione hominem tanquàm causa formalis constituit. Sed quando jam per mortem à corpore est separata, tunc habet quidem esse suum absolutum, sed non est causa formalis, quia non ampliùs homini dat esse, sed per se, separata à materiâ, subsistit. Quando igitur nunc dicimus, causatum materiæ secundarium esse ipsam formam, quantùm ad animam rationalem, non intelligendum est de esse ejus absolutô; ut enim est res quædam, & habet esse absolutum, non dependet à materiâ, nec est causatum materiæ, quia est immortalis, & à corpore separata per se subsistit. Interim anima rationalis quodammodò causatum materiæ est, ut nempe est forma, vel actu causa formalis. Causa enim formalis est compositi per unionem cum materiâ, illaque unio non potest fieri nisi per dependentiam à materiâ, tanquam à principio passivô. Et præterea debet esse unio formæ cum materiâ; jam autem implicat contradictionem, unionem inter duo esse sine alterius unione. Reliquæ autem formæ omnes sunt causata materiæ non tantùm quatenus actu sunt causæ formales, sed etiam ut sunt res quædam, vel uti considerantur secundùm esse suum absolutum. Earum enim omnium (exceptâ anima rationali) esse dependet à materia in fieri, esse & operari. Unde, quando per mortem brutorum vel plantarum separantur illæ formæ à suâ materiâ, statim pereunt; nec permanere aut subsistere ampliùs possunt.

Quid sibi velit illa trita & notissima locutio: *formam educi è potentia materiæ*, jam non dicam, sed dabitur *capite sequenti* occasio hanc rem explicandi. De *causalitate materiæ* verò est aliquid dicendum.


Causalitas materiæ comparatione tùm compositi, tùm formæ in fieri est *passio.* Quemadmodum enim causalitas causæ efficientis est actio, ita causalitas materiæ, & quidem quatenus est materia sive actu causa, est *passio.* Unde *1. de gen. & corr. text. 55.* ait Philosophus: ἡ ὕλη ἡ ὕλη παθητικόν. *Materia, quatenus materia est, passiva est.*

Causalitatem materiæ comparatæ tùm compositô, tùm formæ in factô esse, Franciscus Suarex statuit esse *unionem ejus cum formâ.* Quod quantum ad compositum satis liquere videtur. Per hoc enim, quod inter materiam & formam unio intercedit, compositum est & subsistit.

Quantum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [125] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [126] - -

Quantum verò ad formam non immeritò dubitatur. Nam & inter corpus & animam intelligentem, dum ex iis tanquàm ex materiâ & formâ homo constat, unio intercedit, æquè atque aliàs inter materiam & formam; neque tamen materia est causa animæ rationalis. Si autem causalitas materiæ respectu formæ esset unio, necesse esset, animæ rationalis quoque causam esse materiam; cùm quòd exercet respectu alicujus causalitatem, id ejus causa dicatur.

Nescimus autem jam nos aliter explicare causalitatem materiæ respectu formæ in factô esse, quàm quod, quando forma per passionem materiæ esse suum acquisivit, sit *dependentia ejusdem in esse à materiâ secundùm potentiam ejus passivum*. Quæ dependentia formæ in esse suô à materia indè satis superque eluceſcit, quòd forma in esse suô ita addicta quasi affixa sit materiæ, ut id non nisi in eâ tueri queat; secus quàm cum animâ rationali comparatum est. Hæc enim licet & ipsa in corpore domicilium habeat, non tamen ita ejus indiget, ut separata non possit subsistere.

Sequuntur nunc *distinctiones* seu *divisiones materiæ*. Et quidem primùm dividimus eam in *SENSIBILEM & INTELLIGIBILEM*.

Quid sit materia *sensibilis*, Aristoteles non definivit, nec quid sit materia *intelligibilis* accuratè descripsit. In *VII. Metaph. text.* 35. dicit: *Materia sensibilis est, ut æs & lignum, & quæcunque mobilis materia*. Ex quibus verbis colligimus, Aristoteli materiam *sensibilem* esse *corpora naturalia*. Æs enim & lignum, quæ exempli locô adducit, sunt corpora naturalia. Et insuper potest id colligi ex iis verbis, quæ addit: *Et quæcunque mobilis materia*. Jam autem mobilitas est affectio corporum naturalium. Dicunt nonnulli, materiam sensibilem esse ipsam primam materiam, ut sensibus accidentalibus est induta, quæ explicatio non videtur esse aliena ab Aristotele.

Materia intelligibilis autem quid sit, non convenit inter Autores. Thomas *part.* 1. *quæst.* 85. putat esse *materiam primam, ut subsistat quantitati*. Sed hæc sententia adversatur Aristoteli. Aristoteles enim *in cit. text.* 35. *l. VII. Met.* ita habet: *Materia intelligibilis est, quæ in sensibilibus inest, non ut sensibilia sunt, utpote ipsa Mathematica*. Materia igitur intelligibilis consideratur à Mathematicô, v. g. à Geometrâ. Hic abstrahit suam considerationem à materiâ sensibili, sed non abstrahit suam considerationem à materiâ intelligibili: quod in confesso est apud omnes. Jam si materia intelligibilis esset ipsa materia prima, quæ est substantia, sequeretur, Geometram considerare materiam primam, & sic substantiam. Atqui hoc adversatur Aristoteli, qui *XII. Met. text.* 44. dicit: *Astrologia substantiam sensibilem, sed perpetuam* (nempe cœlestem) *contemplatur; cæteræ autem scientiæ mathematicæ in substantia nulla versantur*, ut Arithmetica, Geometria, &c.

A Versatur autem Geometria in materia intelligibili. E. materia intelligibilis non est aliqua substantia, & per consequens non est materia prima.

Dicimus autem nos cum Alexandrô Aphrodisæô, *materiam intelligibilem esse magnitudinem*, quæ est vel linea, vel superficies, vel trina dimensio seu corpus.

Dicitur verò quantitas *materia*, per analogiam & comparationem cum materiâ Physicâ,
B quæ sensibilis est. Sicut enim materia prima per se nullam habet formam, capax tamen est omnium formarum physicarum: sic quantitas vel magnitudo de se nullam habet figuram. Si enim magnitudo per se consideratur, nullam habet figuram, apta tamen est quibuslibet figuris recipiendis. Manet ergô hoc, quòd dicitur materia secundùm analogiam. *Intelligibilis* autem dicitur, quia ut quantitas in mathematicis consideratur, tantùm consideratur in intellectu, nec cadit sub sensum, quia abstracta est à qualitatibus
C sensibilibus. Sunt quidem omnes figuræ in materia sensibili, & reipsâ sunt conjunctæ cum qualitatibus sensibilibus, sicut nulla datur superficies, nullaque trina dimensio, nisi in corpore naturali, quod sensibilibus qualitatibus est affectum. Item, nullus datur triangulus nisi in corpore quôdam, v. g. lignô, lapide, &c. Ut tamen consideratur materia & figura à mathematicô, consideratur sine qualitatibus sensibilibus, nec consideratur, an id, in quô est trinangulus, sit aliD quid molle, durum, sonorum, &c. Et certè quæ de quantitate considerat Mathematicus, planè abstrahuntur à materia sensibili, nec requiritur, ut in considerationem illa simul veniat.

Secundò materia dividitur in materiam *EX QVA, IN QVA, & CIRCA QVAM*. Materia *EX QVA* præcipuè huc pertinet, & est illa, quam definivimus.

Dividi autem hæc rursum solet in materiam *permanentem* & *transeuntem*. Videmus enim,
E quando aliquid ex aliquô fit, tanquàm ex materiâ, illud ex quô aliquid fit, interdum permanere. Ut quando ex argentô conficitur poculum, manet illud, nec fit ex argentô non argentum. Interdum autem illud, ex quô aliquid fit, transmutatur, nec retinet suam essentiam. Quô modô fit ex carne vermis, cùm in generatione vermis, caro, ex quâ generatur, non maneat. Sic etiam ex vinô fit acetum, ex semine homo, & secundùm communiorem sententiam, ex Elementis
F corpûs mixtum. Ubi jam prius illud si obtingit, dicitur materia *permanens*; posterius a. *transiens*.

Materia *in quâ* dicitur id, quod formâ informatur. Potest autem aliquid esse materia *ex quâ*, respectu totius compositi, *in quâ* respectu formæ compositi. Uti e. g. *corpus animalis* est *materia ex quâ*, respectu *totius compositi*, cùm animal ex corpore & animâ sensitivâ constet. Est etiam materia *in quâ* respectu *formæ*. Imò putamus, etiam ratione ejusdem materiam esse, & *ex qua* &

in quâ. Nimirum respectu cujusdam formæ. Primò enim esse materiam *in quâ*, quia forma illi ineſt, conceditur. Si a forma (materialis) ex illa educitur, est etiam formæ materia *ex quâ*. Quæris, quomodo hoc fieri possit, cum forma non componatur aut constet ex materiâ? Respondemus, materiam *ex quâ* dici bifariam 1. *Ratione compositionis*, qt. scil. ex eâ aliquid componitur. Et hm. dicitur materia *ex quâ*, tantùm respectu cõpositi. 2. *Ratione eductionis*. Quô modô materia *ex quâ* etiâ ratione formæ dici potest, np. ex quâ forma aliqua non componitur, sed educitur.

Quæ jam porrô sequuntur, non indigent operosâ & prolixâ explicatione, np. de materiâ *circa quam*, quæ dicitur aliàs *objectum*, & interdũ etiam *subjectum*, non quidem *inhæsionis*, sed subjectum *circa quod*, sive, ut nonnulli vocant, subjectum *occupationis*. Quòd verò dicitur, duas esse partes materiæ circâ quam, *materiale* & *formale*? item duplex esse objectum, *adæquatum* & *inadæquatum*, cùm alibi sæpè declaretur, per se manifestum satis sit, jam scientes seponimus.

TABULA VIII.

DE ELEMENTO.

Elementum continetur sub materiâ. Priùs enim *omne elementum est materia; non a. contrà*. Propositiones namq; sunt materia syllogismi, sed non elementa syllogismi. Sic etiam partes heterogeneæ in homine, ut caput, manus, pedes, venter, sunt materia hominis, sed non sunt ejus elementa.

Elementum in latissimâ suâ significatione est *omne id, quod primum cuique ineſt*. Ut ut aliquid sit proprie Elementum, requiritur 1. *ut ex eo aliquid componatur*. Hinc causa efficiens & finis non sunt Elementa, quia non ingrediuntur constitutionem rei, cujus sunt causæ. Ut e. g. domus non componitur ex fabrô & habitatione. *Deinde* requiritur, *ut ex eô aliquid componatur primò, & sit indivisibile specie in aliam speciem*. Sic corpus animalis componitur quidem ex capite, manibus, pedibus, &c. sed hæc non sunt elementa, quia ex his non componitur primò, & non sunt indivisibilia in alias species. Nam ipsum caput constat ex aliis partibus, v. g. ex oculô, nasô, &c. oculi ipsi verò ex humoribus, tunicis, &c. E. non componitur homo ex capite, manu, &c. primariò, sed secundariò, quia hæc ipsa ex aliis componuntur. Nequè hæc sunt indivisibilia in res alterius speciei. Caput enim est divisibile in oculum, cerebrum & alia, quæ omnia sunt species inter se differentes. Imò nec caro & ossa quidem sunt elementa, quia caro componitur quodammodò ex elementis, ut & ossa, quæ tamen licet fortasse in carne & ossibus non sint actu, sunt tamen ibi potentiâ.

Aristoteles *V. Met. cap. 8.* tria exempla ponit Elementorum. 1. *Literarum*. Ex syllabis quidem componuntur voces, sed syllabæ non statim sunt Elementa, cùm componantur ex aliis, nempè literis: literæ autem sunt Elementa, quia ex illis voces primò componuntur. 2. Adducit *quatuor illa elementa*, quæ in physicis pro Elementis habentur, nempe *terram, aquam, aërem, ac ignem*. Et dicuntur elementa non simpliciter, sed in *genere corporum naturalium*, quia nimirum ex his sunt corpora naturalia mixta, illa verò non ex aliis (scilicet corporibus) sunt composita, licet interim sua forma & materia constent.

Disputatur de his hodiè, *an sint actu in mixtis corporibus, an verò potentiâ?* Quæ disputatio hujus loci non est, & qui hæc talia cognoscere cupit, illi non desunt scripta, ex quibus hæc percipiat. Id hîc sufficit adducere ex Aristotele *III. de animâ text.* 31. quòd *non necesse sit, ut aliquid sistineat rationem elementi, ut actu sit in eô, cujus est Elementum, sed sufficiat, si virtute insit, vel potentiâ*. Nihil enim ait referre ad rationem elementi, sitne actu in eô, cujus est elementum, an potentiâ? 3. Dicit, *primas demonstrationes* esse elementa demonstrationum sequentium. Rem exemplô declarabimus: Si fit nonnunquàm, uti fit sæpius, ut habeamus quandam demonstrationem, in quâ propositio major vel minor mediata est, & sic aliâ demonstratione probari potest, tunc illa demonstratio non dicitur elementum, sed illa altera demonstratio, per quam mediata propositio demonstratur, potest dici elementum. V. g. homini deberi manus per naturam, demonstrat Aristoteles indè, quod possit exercere multas artes. Fit inde demonstratio: *Quicunque addiscere & exercere potest multas artes, ei debentur manus. Sed homo potest addiscere & exercere multas artes. E. homini debentur manus.* Major patet, quia plurimæ artes sunt, quæ non nisi benificiô manûs addisci & exerceri possunt. Minor autem est mediata, & potest demonstrari aliâ syllogismo: *Quicquid est animal rationis particeps, id potest addiscere varias artes. Homo est animal rationis particeps. E. homo addiscere potest variat artes.* Hæc posterior demonstratio potest dici elementum prioris. Etsi enim non insit actu in priori demonstratione, est tamen in eâ virtute, quia tandem in hanc resolvitur.

Sumitur verò elementum nonnunquàm etiam *translatitiè*, sive ut ad alia transfertur. Quia enim *elementum propriè acceptum est id, ex quô aliquid constat primò*, ideô ad id quoq; transfertur, quod unum est. Nam unum est indivisum. Item ad id, *quod parvum est, & ad multa utile*. Ita Aristoteles *II. Rhet. c. ult.* vocat elementa, *locos, ex quibus desumi possunt multa argumenta*, seu quorum locorum utilitas multa est. Et tantùm de *Elementô*.

TABULA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [129] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [130] - -

TABULA IX.
DE FORMA.

JAm accedimus ad tertium genus cauſarum, nempe *FORMAM*.

Forma ut habet Philoſophus *II. Phyſ. cap. III. t. 28. & V. Met. cap. II.* eſt λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι. Quæ verba ὁ τὸ τί ἦν εἶναι Ariſtoteles ſæpè uſurpat, quaſi dicat, *quicquid erat eſſe rei*. Senſus igitur eſt, *formam eſſe rationem eſſentiæ* ſeu *quidditatis rei*.

Nos deſcripſimus ſic formam; quòd ſit *principium per unionem ſui cum materiâ dans eſſe rei*. Ubi vox *principium* ſtat locò *generis*. Eſt enim *principium* velut *genus omnium cauſarum*, cùm omnis cauſa ſit principium. Dicimus v. quòd *forma det eſſe rei*. Res enim quælibet componitur ex ſuâ materiâ, ſuâq; formâ. Et materia quidè eſt ens potentiale, ut v. g. lignum eſt materia, ex quâ plurima corpora artefacta fieri poſſunt, v. g. menſa, ſcamnum, lectus, &c. Nullum n. horum ipſum lignum actu eſt, ſed tantùm potentiâ. Et lignum, dum adhuc rude eſt, nullam habet formam artificialem, plurimas tamen poteſt recipere. Quando e. jam accedit forma vel figura, v. g. lecti, tunc ex illò ligno & figurâ hâc fit lectus. Unde jam aliquò modò patet, quid ſit, quòd diximus, *formam eſſe principium per unionem ſui cum materiâ dans eſſe rei*. Quia ſcilicet *forma eſt actus, faciens, ut per unionem ſui cum materiâ fiat certum ens actu*. Aliàs uſitatè dici ſolet, *formam facere ex tali poteſtate, tale actu*, v. g. quando aqua frigida eſt, tunc eſt poteſtate calidâ, non actu. Quando autem jam ignis efficit calorem in aquâ, tunc fit aqua actu calida, quùm priùs fuerit potentiâ.

Sed hîc quis objiciat, dicendo, *etiam cauſam efficientem dare eſſe rei*. Nam ignis e. g. facit etiam aquam calidam. E. cauſæ efficienti cum formâ commune eſt, quod ex re potentiâ faciat rè actu.

℟. Verum eſt, *cauſa efficiens etiam aliquò modò dat eſſe rei*, ſed *non per unionem ſui cum ſubjectò ſive materia*. Verùm *forma dat eſſe rei, & facit rem eſſe actu per unionem ſui cum ſubjectò vel materia*. Unde aliàs rectè diſtinguitur, dupliciter poſſe fieri, ut aliquid ex tali poteſtate faciat tale actu: 1. *efficienter*. 2. *formaliter*. Vel, quod idem 1. *per modum efficientis*. 2. *per modum formæ*. Quod facit aliquid, quod poteſtate erat, ut ſit actu per modum cauſæ efficientis, non facit id immediatè, & per unionem ſui cum ſubjectò vel materiâ, ſed per aliquam formam, quam producit. Sed forma facit id immediatè, non producendò aliquid in ſubjecto aut materiâ, ſed per unionem ſui cum ſubjectò. Exemplum habemus in aquâ & igne. Ignis facit, ut aqua frigida actu, & calida poteſtate, ſit actu calida. Hîc conſiderandus eſt duplex calor, unus in igne, per quem in aquâ producitur calor, alter in ipsâ aquâ. Ignis facit calidam aquam per calorem inhærentem, ſeu per modum cauſæ efficientis, quia non unitur ille calor cum aquâ, aut calore productò. Alter a. calor facit immediatè aquam actu calidam, non producendò calorem, ſed quia ſeipſum cum aquâ unit.

Notamus porrò in doctrinâ de formâ hæc tria: *cauſatum, rationem cauſandi, & cauſalitatem*. *Cauſatum formæ* dicitur *formatum*. Sicut enim *cauſatum materiæ*, in quantum eſt cauſatum materiæ, dicitur *materiatum*: ſic *cauſatum formæ*, in quantum eſt cauſatum formæ, dicitur *formatum*. Nota quod dixi, *in quantum eſt cauſatum materiæ*, & *in quantum eſt cauſatum formæ*. Hoc enim cauſatum, quod dicitur *materiatum*, eſt etiam *formatum*, & contrà hoc cauſatum, quod eſt formatum, eſt etiam materiatum. Sicuti e. g. homo eſt cauſatum tùm corporis, tanquàm materiæ, tùm animæ, tanquàm formæ, & ſic eſt & *materiatum* & *formatum*. Sed non unò & eòdem modò, verùm, ut ex dictis colligitur, *materiatum*, in quantum eſt *cauſatum materiæ*, *formatum* autem in quantum eſt *cauſatum formæ*.

Ratio cauſati eſt *ipſa formæ ſubſtantia*, quâ apta eſt rem conſtituere.

Cauſalitas formæ verò quæ ſit, patet ex definitione formæ. Nempe eſt *unio formæ cum materiâ*. Et ſanè tùm formæ, tùm etiam materiæ cauſalitas eſt unio. Ratio enim, per quam aliquid actu eſt materiâ ac formâ, eſt unio inter materiam & formam. Quanquàm notandum, unionem inter formam & materiam eſſe cauſalitatem materiæ 1. non in fieri, ſed factò eſſe. 2. non ratione formæ, ſed compoſiti.

Sed jam quis hîc objiciat: *duarum cauſarum non poteſt eſſe una & eadem cauſalitas*, quia ſc. duæ cauſæ diverſæ habent diverſas rationes formales, ut aliàs in aliis rebus uſu venit, Nam v. g. albi eſt alia ratio formalis, & flavi eſt alia ratio formalis, illius quidem albedo, hujus a. flavedo. Sic e. eſſet am duarum cauſarum diverſarū non poteſt eſſe una ratio formalis. Quoniam e. eſt cauſalitas materiæ, *non eadem poteſt eſſe cauſalitas formæ*.

Verùm poteſt reſponderi ad hoc, *non eſſe abſurdum, duarum diverſarum rerum unam eſſe rationem formalem*, vel *unū quid poſſe eſſe rationem formalem duarum diverſarum rerum*. Oſtendo hanc rem ita: Id *quod videt*, & *quod videtur* vel *videns* & *viſum* ſunt res diverſæ. Ut qu. quis intuetur chartam, aliud eſt, *qui videt*, aliud, *quod videtur*. Id *quod videtur*, eſt *objectū viſionis*, *quod videt*, eſt *ſubjectum viſionis*, quæ utiq; ſunt res diverſæ. Atqui *viſio* eſt ratio formalis tùm *videntis*, tùm illius, *quod videtur*, qt. videtur. Per eandem n. viſionem, quæ eſt in oculò, oculus vel homo dicitur videre, & paries vel charta dicitur videri. Ecce una entitas poteſt eſſe formale duarū diverſarum rerum, E. etiam ita in præſenti *unio eſt cauſalitas & materia*

ria & forma. Et quod si aliàs nihil absurdi est, unam entitatem esse duarum diversarũ rerum causam, cur absurdum sit, duarum diversarum rerum esse unã rationem formalem? Ubi tn. non omninò denegamus diversam ad diversa habitudinem.

Sed accedimus nunc ad ipsas *distinctiones formæ.* Distinguitur forma 1. in *internam & externam.* Forma *interna* est *formæ propriè sic dictæ*, & definitur, quòd sit *principium per unionem sui cum materiâ dans esse rei.* Forma *externa* dicitur uno nomine *exemplar*, quod vocat Aristoteles formam, & refert ad causam formalem, tùm *II. Phys. cap. III. t. 28.* tùm *V. Metaph. cap. 2.*

Est autem exemplar *forma, quam imitatur effectus ex intentione agentis, determinantis sibi finem.* Dividitarque rursus in *Internum & Externum.* Quam divisionem ipse quoque Seneca *Epist. 65.* innuit, quando dicit. *Nihil refert, utrum foris habeas exemplar, ad quod referas oculos, an intus, quod ibi conceperis & posueris.* Definitio proposita competit exemplari & interno & externo, quamvis exemplar internum potiore ratione hûc pertineat, Et illa definitio facilè ita potest formari, ut in specie interno & externo exemplari conveniat, nempe additione aliquarum particularum, si dixeris: *Exemplar est forma mente concepta, quam imitatur effectus ex intentione agentis determinantis sibi finem.* Et tunc habes definitionem *exemplaris interni.* Si verò dixeris: *Exemplar est forma extrà animum, quam imitatur effectus ex intentione agentis determinantis sibi finem*; erit definitio *exemplaris externi.*

Dicitur autem exemplar *forma*; non quòd secundùm entitatem suam reverà sit forma ejus, cujus est exemplar. Vera enim forma rei est unita, & materiam vel ipsam rem, quæ ex materia & forma constat, informat. Exemplar autem ratione entitatis suæ non est in re, cujus est exemplar, sed extra eam, & sic neque informat rem, neque cum materia unitur. Sed dicitur sic ratione, ut dictum, non *entitatis*, sed *repræsentationis.*

Dicitur autem in definitione exemplaris, quòd sit *forma, quam imitatur effectus.* Si igitur casu unum fiat simile alteri, tunc illud, cui simile est, non est ejus exemplar. Non enim omnis similitudo est imitatio. Ut si e. g. contingat domum extrui, quæ sit similis alteri alicui domui, ita ut non spectaverit id, aut qui jusit domum extrui, aut is, qui extruxit, sed forte fortuna hoc esset, tunc prior illa domus non potest dici posterioris exemplar. Non enim potest dici, quòd artifex illam in extruenda posteriori fuerit imitatus.

Dicitur in definitione porrò & hoc: *Ex intentione agentis.* Ex quô patet, exemplar propriè pertinere tantùm *ad agentia per intellectum.* Res enim agentes naturales non propriè dicuntur habere exemplar, nec internum, nec externum, quia ibi non est intentio, quæ est actus voluntatis, & quâ agentia naturalia destituuntur. Sic ergò dum gallina plura parit ova, quæ inter se similia sunt, unum non est alterius exemplar, quia gallina non intendit ovum parere priori simile, sed ad ovum parieudum naturæ instinctu determinatur.

Quæritur verò hîc, si quis concipiat secum domum jam extructam, an ille conceptus possit dici exemplar illius.

R. quod non, quia exemplar est *forma, quam imitatur effectus.* Sed illa domus jam est exstructa; non imitatur illum conceptum. Ideòq; exemplar rectè dicitur forma practica, quia dirigitur ad opus. Sed conceptus ille est tantùm theoreticus, nec refertur ad opus efficiendum.

Notamus verò ultimò circâ hanc divisionem formæ & hoc, quòd illa sit non generis in species, sed distinct ò vocabuli æquivoci in sua significata. Nam forma interna est revera forma; externa autem, quæ dicitur exemplar, non est forma propriè sic dicta. Dicitur autem forma, non quòd sit reverà forma, sed quod sit *quasi forma.*

Alio nunc sensu dividitur forma in *externam & internam.* Vocabula quidem in hâc & priori distinctione sunt eadem, sed res est diversissima. Dicitur enim hîc forma *interna, quæ immeat ipsam rem, & non tantum hæret in superficie. Externa* verò est, *quæ in superficie corporis hæret,* Ut e. g. figura, quæ est in superficie constituta, & pertinet ad quartam speciem qualitatis. E. g. figura globosa, quadrata, & alia, item figura hominis, bovis, canis, domus, calcei, &c. sunt omnes formæ externæ. Sed forma *interna* est v. g. calor in igne, per quam aqua est calida. Et tales sunt etiam omnium rerum formæ substantiales, ut forma lapidis, auri, anima bovis, hominis, &c. Et quia difficultatis hîc parum est, ideò non libet diutiùs immorari.

Usitatissima porrò est distinctio formæ in *informantem & adsistèntem*, quæ iterum est æquivoci in sua significata. Forma *informans* est *forma propriè dicta, quæ cum unione sui cum materiâ constituit compositum, & dat esse rei.* Forma *assistens* autem non dat esse rei, nec informat rem; sed *rei in esse suô constituto supervenit, ut ei motum & operationem largiatur.* Quod potest illustrari similitudine *nautæ in navi.* Nauta supervenit navi esse suum habenti, faciens tantùm, ut navis moveatur, quò venti permittunt. Sic etiam Peripatetici quidam docent, orbes cœlestes moveri ab intelligentiis, seu à substantiis separatis. Illi orbes autem (positô peripatericorum hanc sententiam esse veram) suum habent esse citra intelligentias, & intelligentiæ extra illos adsistunt, ut illas moveant. Sic etiam porrô Averroës negavit, animam rationalem esse formam hominis informantem, sed dixit esse tantùm adsistentem, & homini per suam formam informantem constituto supervenire, eique largiri intellectionem.

Cujus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [133] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [134] - -

Cujus sententiæ fuit etiam Themistius & alii. A Sed aliorum & quidem plurimorum sententia est, animam rationalem esse hominis formam informantem, & dare ei esse. Sed hanc controversiam prolixè hic pertractare consultum non videtur. Sufficit hanc nostram distinctionem præsentem illustrasse.

Sequitur & illa usitata satis distinctio formæ in *substantialem & accidentalem*. Forma *substantialis* solet dici, *quæ non est accidens aliquod,* B *nec pertinet ad prædicamentum accidentis, sed* pertinet *ad prædicamentum substantiæ*, non quidem directè, sed *indirectè & ut pars*. Formæ *accidentales* sunt, quæ *pertinent ad prædicamentum accidentis, & constituunt ens per accidens*. Sic forma substantialis e. g. est anima hominis, quæ non est accidens. Accidentia enim dependent à subjecto, & non possunt esse sine subjectô, in quô sunt; anima autem hominis potest existere separata à subjectô, in quô aliquando fuit. Sed non tan C tùm anima rationalis, verùm etiam anima sensitiva secundùm hanc sententiam, ut & vegetativa, & aliæ formæ rerum inanimatarum, ut forma auri, lapidis, &c. sunt substantiæ, & non pertinent ad prædicamentum accidentis. Sed alia est sententia, quæ ipsas formas substantiales, exceptâ animâ rationali, dicit esse accidentia. Nos secuti sumus in hâc doctrinâ sententiam communem.

Dicitur porrò Forma quædam *simplex*, quædam *composita*. *Simplex* dicitur, *quæ habet partes* D *omnes ejusdem rationis*. Vel, *quæ non constat ex partibus diversarum rationum*. Cujusmodi est albedo, nigredo, calor, frigus. Forma *composita* dicitur, *quæ constat ex partibus diversarum rationum*, ut figura alicujus corporis heterogenei, v. g. figura externa humana, quæ non est simplex. Partes enim hominis habent figuras diversas, & aliam e. g. manus, aliam oculus, aliam jecur, &c.

Ubi tamen notandum, quòd *forma*, quæ dicitur *simplex*, *non omnibus modis sit simplex*: v. g. E albedo & nigredo sunt formæ simplices, & nihilominùs sunt aliquid compositum. Albedo enim & nigredo constant ex partibus quantitativis sivè integrantibus, quia sunt divisibiles, vel dividi possunt in partes integrales. Quicquid autem dividi potest, est compositum. V. g. si jam dividis chartam in partes quatuor, habes statim quatuor albedines. Et præterea constant hæ formæ ex gradibus, ut summa albedo constat ex 8. gradibus albedinis. De quâ compositione ex F gradibus dicemus inferiùs in doctrinâ de compositô. Dicitur igitur simplex forma, non quòd sit omnibus modis simplex, sed *quia non est composita ex partibus diversarum rationum*. Sic quando dividitur, quælibet pars est albedo, & cuilibet parti, ut & gradui albedinis competit definitio albedinis. *Composita* autem forma dicitur, *quæ constat ex diversarum rationum partibus; quæ singulæ diversam à totô & à se invicem definitionem habent.*

VI. Dividitur Forma in *TOTALEM & PARTIALEM*. *Totalis* est, *quæ informat omnes partes totius heterogenei; Partialis, quæ tantùm aliquam partem totius heterogenei informat.*

Duplex datur totum quantitativum seu integrale, unum ὁμοιομερὲς sive *similare*, alterum ἀνομοιομερὲς seu *dissimilare*. Totum *similare* s. quantum ad præsens, est, *quod habet omnes partes ejusdem rationis*, ut e. g. ferrum. Quælibet enim pars ferri est ferrum, & quæcunque particula sumatur, eandem definitionem habet cum ferrô. Sic etiam aqua & vinum sunt tota similaria. Totum verò *dissimilare seu heterogeneum* est, *quod habet partes diversarum definitionum vel rationum*. Ut e. g. corpus hominis, aut bruti est totum dissimilare. Constat enim ex partibus diversarum naturarum & definitionum, & alia in animali est definitio jecoris, alia cordis, alia ventriculi, &c. Imò ipse oculus respectu suarum partium est totum dissimilare, & alia est natura humoris crystallini, alia tunicæ, aliæ aliarum partium, ad ejus integritatem pertinentium. Quibus ita præcognitis dico, præsentem distinctionem hanc, quam formis adhibemus, aliam totalem dicentes, & aliam partialem, tantùm locum habere in totô integrali dissimilari. Nam in totô similari, uti pars & totum eandem habent formam, locum habere distinctio non potest.

Occurrit porrò VII. alia distinctio apud Autores, quâ forma alia dicitur *partis*, alia *totius*. Potest autem hoc intelligi bifariàm, *ut verba sonant*, & sic *forma partis est, quæ partem informat*; & *forma totius*, *quæ informat totum*. Nec est ita à præcedente distinctione hæc diversa. 2. *Intransitivè*. Quô pactô *forma partis idem est, quod forma, quæ est pars*; & *forma totius* idem est, *quod forma, quæ est totum*. Ita ergô forma, ut est pars compositi, & à materiâ contradistinguitur, est forma partis, ut e. g. anima peculiaris & à corpore distincta animati pars est. Humanitas autem etiam est forma hominis. Sed quia non tantùm animam importat (animâ enim per se non est humanitas, cùm post mortem sit superstes anima, sed non humanitas) verùm etiam corpus hominis, est forma totius seu totum. Ad quam formam totius exprimendam sæpè fingimus nova vocabula, e. g. *lapideitas, equinitas, asininitas, Platoneitas*, &c. Et videtur hæc doctrina fundata in *II. Phys. text. XXXI.* ubi dicit Philosophus: *causarum quædam sunt, ut essentia*. Ubi per vocabulum *essentia* intelligit *formam*. Formam autem definit *textu præced. 28.* ὃ *alibi*, quòd sit λόγος ὁ τῷ τι ἦν εἶναι, & hîc atque alibi simpliciter vocat *essentiam*. Ubi *Sohnerus, Professor olim Altdorphensis magni nominis, in quodam Commentario manuscripto* ita commentatur, dicens: *Totum ut totum non esse formam, sed in abstractô potiùs totalitatem, ut* e. g. *humanitatem non totum, sed potiùs totalitatem.*

Sequitur IIX. alia formæ distinctio, eaque

valde nobilis, nempè in *MATERIALEM & IMMATERIALEM.*

Concedunt hanc distinctionem etiam illi, qui aliàs negant eductionem formarum è potentia materiæ. Concedunt, *quandam formam dependere à materia in fieri, esse & operari, quandam autem non ita dependere.* Concedunt, *animam bovis aut equi esse materialē*, quia *dependeat à materia in esse, fieri & operari.* Quòd enim *in esse* dependeat à materia, hinc patet, quòd intereunte materia bovis, intereat quoque anima, & non permaneat superstes. Quòd verò dependeat à materia *in fieri*, etiam patet, quia fieri rerum est conforme τῷ esse; fieri enim terminatur ad esse. De *operari* tandem res clara est. Anima bruti sanè non potest operari, nisi aliquô instrumentô corporeô interveniente. Operationes enim animæ sentientis sunt multiplices, & inter eas v. g. operationes sensuum externorum, videre, audire, gustare, odorari, tangere. Has operationes non potest anima edere, nisi per certa organa corporea, e. g. τὸ videre per oculum, τὸ audire per aures, Τὸ gustare per linguam, τὸ odorari per nares, &c. quæ organa omnia sunt corporea. Quæ etiam porrò non efficere motum potest, nisi beneficiô musculorum, in animalibus quidem perfectis. *Dependent* ergò *formæ materiales in esse, fieri & operari à materiâ.* Negant nihilominus quidam, qui hæc omnia concedunt, *formam quandam educi è potentia materiæ.* Atqui *formam educi è potentia materiæ*, aliter non explicamus, quàm *formam dependere à materia in esse, fieri & operari.*

Ubi tamen nos hoc notamus, reipsa hæc quidem esse conjuncta, *formam, quæ educitur, dependere à materia in esse, fieri & operari*; sed *dependentiam à materia in operari non pertinere ad rationem formalem eductionis formæ è potentia materiæ*; sed formalem rationem esse, *dependere à materia in fieri*, materia scilicet fungente officiô principii passivi.

Anima rationalis jam aliter se habet. Hæc enim sola à materia non dependet in fieri, & propterea non est forma materialis, sed immaterialis. Nec dependet à corpore suô in esse, quia potest separari ab eo, & separata in rerum natura existere. Produxit quidem Deus initiò animam Adami in corpore ejus, nec, ut Platonici olim voluerunt, creavit simul & semel omnes animas, easque postmodùm in corpora tanquam carceres detrusit. Non tamen creavit eam dependenter à materiâ, adeò, ut non possit esse extrà materiam.

Tandem IX. distinguitur forma in *SPECIFICAM & GENERICAM.*

Sunt nonnulli, qui putant in aliquô compositô tot esse formas, quot sunt prædicata essentialia, ut quia *Petrus est homo, est animal, est corpus animatum*, hinc statuerunt unam esse formam in homine, per quam sit *homo*, aliam per quam sit *animal*, aliam per quam sit *corpus animatum*.

Sed hæc sententia admodùm est absurda. Nam in prædicatis essentialibus, quæ desumuntur à formis accidentalibus, non multiplicantur reipsâ formæ accidentales ad multiplicationem prædicationum essentialium. Quòd patet inde: quia si sumamus aliquod album, v. g. *chartam*, illa est *alba*, est *colorata*, est *affecta qualitate*, &c. Ubi non sunt tres formæ accidentales distinctæ, vel tria accidentia in abstractô, alia v. g. forma *albedo*, alia *color*, alia *qualitas*; sed una est secundùm rem forma, nimirum *albedo*. Nam posita in aliquô corpore, v. g. chartâ, unicâ albedine, & separatis aliis omnibus, quæ ab albedine reipsâ distinguuntur, charta non tantùm erit alba, sed & colorata, & qualis. Eadem ratio est aliarum formarum accidentalium, ut quando dico: *Hippocrates est Medicus*, est *artifex*, est *habitu mentis affectus*, est *qualis*. Per unicam sanè hoc præstatur, nempè medicinam, per quam Medicus formaliter est Medicus. Si igitur sufficit unica forma accidentalis ad hæc omnia prædicata essentialia, profectò sine causa & ratione multiplicantur formæ.

Quantum autem ad hanc nostram distinctionem formæ in *Genericam & Specificam*, concedo, vel potiùs moneo hoc, quando sunt diversa prædicata essentialia, ubi unum se habet ad alterum ut genus, ibi esse diversas formas, non re, sed ratione distinctas. Ita meritò dicimus, in chartâ esse colorem & albedinem; non quòd reipsâ, sed quòd ratione sint distinctæ illæ formæ.

Non autem prætereà prorsus nego, plures esse posse formas in unô compositô. Peculiaris est disputatio, an in homine sint tres animæ, an verò saltim una. Ego quidem nihil hîc statuo, interim posità vera hac sententia, tres esse animas in homine, dico nihil inde sequi impossibile. Verùm hanc controversiam redimendi temporis ergò pluribus non lubet attingere. Videantur latè de ea Autores, quia eam sibi fecerunt dirimendam.

TABULA X.
DE FINE.

FINIS secundùm Aristotelem est τὸ οὗ ἕνεκα, vel αἴτιον οὗ ἕνεκα, *causa, cujus gratia aliquid est vel fit.* De fine autem sic agendum, ut agatur I. de *Homonymia vocis.* II. de *Causatis*, III. de *Ratione causandi.* IV. de *ipsa voluntate.* Post V. demum *distinctiones nonnullæ* sunt attendendæ.

Quod ergò I. *homonymiam* attinet, notandum, finem sumi 1. *pro extremô*; quod est extremum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [137] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [138] - -

mum tantum, & non est id, cujus gratiâ aliquid est vel fit. Sic Apostolus Rom. 6. dicit, *mortem esse finem operum, impudicitiæ & injustitiæ.* Hîc finis non sumitur pro causâ finali, quia ut moriatur, nemo agit quicquam, nec bene, nec malè; nisi quòd interdum quis sibi manus infert violentas. Hujus enim finis videtur esse mors, ut finis sumitur pro causa finali. Aliàs eum in finem nemo agit quid, ut moriatur. Aristoteles *II. Phys.* irridet Poëtam, qui dixerat de aliquo, qui erat mortuus: *habet mortem, finem, cujus gratiâ genitus erat.* Irridet hæc Philosopus ideò, quòd mortis causâ nemo nascatur. 2. Accipitur finis, *ut est causa.* Utramque acceptionem inculcat Aristoteles *V. Metaph. cap. 16.* Nos hîc accipimus finem in *significatu posteriori.*

Secundò *causata* finis quod attinet, notandum, non, ut aliarum causarum causata determinantur à suis causis, v.g. ab efficiente dicitur effectus, à materiâ, materiatum, à formâ, formatum: Sic quoque cum causâ finali se rem habere. Nam causata finis non dicuntur *finita*, sed *media*, vel *ea, quæ fiunt propter finem, vel finis gratiâ.* Et sunt vel *res quædam*, ut instrumenta, vel *actiones, quæ sunt propter finem.* Sic v. g. in Medicinâ finis est sanitas. Ejus causa autem sunt tùm res, ut v. g. medicamentum expurgans; tùm actiones, ut v. g. expulsio pravorum humorum.

Porrò III. occurrit *ratio causandi finis*, quæ est *bonum*, sive *revera tale* sit, sive *apparenter tantum.* Quemadmodum enim in causâ efficiente ratio causandi erat potentia activa, in materiâ potentia passiva: Ità in causâ finali ratio causandi est *bonum*; idque, ut diximus, vel *revera tale*, vel *apparenter tantùm.* Per hoc enim, quòd aliquid habet aliquam rationem boni, aptum est, ut sit causa finalis. Unde rectè dicimus, estque vetus sententia, *nemo intendens ut malum operatur.*

Sed hîc objicitur, quòd non omnis finis sit bonum quid, & per consequens etiam ratio causandi finis non possit esse bonum. Sæpè n. illa, quæ mala sunt, expetuntur ut causæ finales. E. g. voluptas illicita est aliquod malum, & tamen est multorum finis. Sic etiam multi noctes atque dies id agunt, ut operibus alicujus ditescant: quod profectò est à DEO prohibitum, & propterea in malis repositum.

Ad quam objectionem ut respondeatur, & res ipsa explicetur concedimus 1. Nihil absurdi esse *aliquod, quod malum est, esse finem.* Probatum id hactenus fuit à voluptate illicitâ, quæ summoperè expetitur, forsan tali argumento: *Voluptas illicita est finis. Voluptas illicita est malum. E. Quoddam malum est finis.*

Sed 2. quando nunc quis inde porrò sic argumentatur: *Si aliquis finis est malum quid, sequitur, quòd non omnis finis sit bonum quid.* Bl. negando consequentiam. Potest enim aliquid simul bonum esse, & malum. Nam dantur plura genera bonorum, & quoddam est *simpliciter bonum*, ut *honestum*, quoddam est *bonum utile*, quoddam *jucundum.* Sic etiam aliud bonum est *morale*, ut agere secundùm virtutem? aliud *naturale*, ut vita, facultas videndi, audiendi, & id genus plura. Deinde notanda est distinctio inter bonum *verum* & *apparens.* Dicimus igitur jam, nullam esse adlati argumenti consequentiam. Sed posse aliquid esse malum, & simul etiam bonum. Verum quidem est, *quicquid est malum, non est bonum*, scilicet, *quæ ratione est malum.* At potest *aliâ ratione* esse bonum. E. g. potest aliquid esse *malum in genere morum*, & ut malum opponitur honesto, ut tamen sit *bonum jucundum.* Potest etiam aliquid esse *malum revera, bonum* nihilominùs *apparenter.* Ut autem aliquid sit finis, & ut verum sit, omnem finem esse bonum, non requiritur, ut sit revera bonum; sed sufficit, si tale appareat. Nec semper requiritur, ut sit bonum honestum seu morale, sed sufficit, si sit jucundum.

Egregius locus est apud Aristotelem *I. Phys. cap. 3. & V. Met. c. 2.* ubi dicit: διαφέρει δὲ οὐδὲν εἰ τὸ ἀγαθὸν λεγόμενον, ἢ φαινόμενον, parum interest, sive aliquid revera, sive apparens bonum sit. Cujus rei rationem assignat Suarezius, quia finis exercet suam causalitatem erga appetitum, sive is sensitivus sit, qualem omnia animalia habent, sive intellectualis, qualem solus homo obtinet, & dicitur voluntas; (Est enim causalitas finis, movere appetitum agentis, vel causæ efficientis ad agendum.) Appetitus autem æquè movetur eô, quod apparet bonum, quàm eô, quod revera tale est. Et licet quod non bonum est, sæpè tale cognoscat; contingit tamen nihilominùs, ut quod malum in se est, cognoscatur bonum. Docet hoc experientia. Positò enim e. g. videat quis aliquod corpus flavum, vel liquorem aliquem flavum. Potest hîc fieri, ut existimet esse mel. Accedit ergò, & ubi digitô aut cultellô ori admovet, experitur esse fel. Erat ibi apparens dulce, non revera dulce. Movetur autem nihilominùs eô quis, quatenus mel vel aliquod dulce cognoscit.

Ex quibus jam ad propositum argumentum dicimus, quando sic procedebatur: *Voluptates illicitæ sunt malum. Voluptates illicitæ sunt finis. E. quidam finis est malum quid*; Concedit totum argumentum. Concedi, quòd aliquando fines quidam non sint revera boni, vel honesti. Manet interim nihilominùs hoc, quòd illi sint jucundi, & illi, qui eos sectatur, boni appareant; quod scilicet hôc loco nobis sufficit.

Ergò res tota randem huc redit, quòd observanda sit hôc locô distinctio inter finis *materiale* & *formale.* Vel clariùs: Inter *rem, quæ finis est*, & inter *rationem, sub quâ finis est.* Res, quæ finis est, potest esse mala; sed ratio, sub quâ finis est, non est mala, sed semper aliquid boni, sive revera, sive apparenter.

Consideranda nunc quartò *causalitas finis.* Vulgatissimum est, & ab omnibus concessum, fi-

nis

nis causalitatem esse *movere agens vel causam efficientem ad agendum*. Fit autem illa motio, *quatenus appetitus alicujus à bonô cognitô movetur, ita ut illud bonum appetat, & aliud propter ipsum.*

Sciendum autem hîc, illum actum appetitus, quô ad aliquid tanquam finem movetur, vel se inclinat, considerari bifariàm: 1. *Ut producitur ab ipsô appetitu*, ut in brutis ab appetitu sensitivô, & in ipsô appetitu sensitivô: in hominibus autem à voluntate & in voluntate. Hôc modô jam ille actus appetitus consideratus, non est causalitas finis, sed est causalitas in brutis appetitus sensitivi, in hominibus voluntatis, & quidem tanquàm causæ efficientis, cùm efficiatur ab appetitu sensitivô & voluntatis, vel etiam tanquàm causæ materialis, cùm recipiat tàm appetitus sensitivus, quàm rationalis seu voluntas, illum actum, quem in se producit, & educatur ille actus è potentiâ passivâ voluntatis, ut & appetitus sensitivi. Est enim voluntas & appetitus sensitivus potentia activa & passiva simul. Activa quidem, quatenus producit actum appetendi; passiva autem, quatenus eum in se recipit. 2. Verò consideratur actus appetitus, *ut dependet ab objecto ejus, quod est bonum, & quatenus à voluntate elicitur & recipitur dependenter à bonô tanquàm objectô voluntatis.* Et hâc jam ratione ille actus appetitus est causalitas finis, & non causæ efficientis. Unde ab Aristotele *l. I. de Gen. & Corr. text.* 25. dicitur *motio metaphorica*. Nam ut Aristoteles ait, dupliciter aliquid solet movere, 1. ὡς ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, sive *tanquam causa efficiens*, ut v. g. quando homo movet calamum ad scribendum. 2. ὡς τὸ οὗ ἕνεκα, sive *tanquàm causa finalis*. Priori modô, quod movet, movet propriè: quod autem modô posteriori, impropriè seu metaphoricè. Nam propriè agit vel movet, quod agit per potentiam activam, vel quod est ipsa potentia activa, vel habet potentiam activam, Ut e. g. ignis movet propriè aquam motu alterationis, quia habet potentiam activam, quæ est calor. Sed finis non movet per potentiam activam, verùm saltim quatenus est bonum aliquod. Bonum autem non formaliter consistere in potentiâ activâ, nec eam formaliter importare, aliàs notum est. Quia igitur finis movet non tanquàm principium activum, sed tanquàm bonum, hinc movet & agit tantùm κατὰ μεταφορὰν, seu metaphoricè.

Sed hîc nunc quis objiciat, *quomodo finis possit esse causa, vel suam exercere causalitatem, cùm, quando dicitur causa, non sit?*

Verùm Resp. dictum fuit supra, quòd finis suam causalitatem exerceat circa appetitum. Appetitus autem cùm versetur circa ea etiam, quæ non sunt, ideoq; non repugnat esse causam, quamvis non sit. Nam potest aliquid movere appetitum, etiamsi non sit. Et, quod notandum, finis est ejusmodi causa, quæ exercet suam causalitatem *in intentione*. Quando enim est *in executione*, tunc non est *causa*, sed potiùs *effectus*.

Videtur porrò, adhuc quandam objectionem posse moveri contra id, quòd diximus, *motionem finis esse metaphoricam*. Argumentetur enim quis ita: *Cujuscunque causæ causalitas non est propriè dicta, illa ipsa causa non est propriè dicta causa. Sed causalitas finis non est causalitas propriè dicta. E. nec finis est propriè dicta causa.* Major probatur, quia causalitas est cujusvis causæ ratio formalis. Sed cujuscunque ratio formalis est impropriè dicta, illud ipsum inde impropriè denominatur. Sic v. g. homo dicitur propriè videre, quia visio, per quam dicitur aliquid formaliter videns, ipsi competit. Intellectus verô dicitur videns vel videri impropriè, quia ratio formalis *visio*, quæ peragitur instrumentô oculi, de intellectu dicitur impropriè. Ergò sic etiam hîc, *quicquid denominatur à ratione formali impropriè dictâ, propriè tale non est.* Et *quicquid denominatur à causalitate impropriè dictâ, est causa impropriè.* Minor autem patet ex nostris adsertis.

Verùm ad hæc potest responderi, aliud esse dicere, *finis motionem seu actionem esse metaphoricam*; aliud esse dicere, *causalitatem finis esse metaphoricam*. Causalitas latiùs patet quàm actio sive motio, & competit causis omnibus. Concedimus ergò, *causalitatem finis esse actionem metaphoricam*. Et negamus, quòd etiam *sit causalitas metaphorica*. Potest n. aliquid dici *metaphoricum* ita, ut hoc nomen *metaphoricum* attribuatur speciei, ut tamen non possit attribui generi. Quod declaro exemplô visus & intellectus. Visus sumitur bifariam, 1. pro *actu primô*. 2. pro *actu secundô*. Loquamur jam de visu *in actu primô*. Intellectus & visus sunt potentiæ naturales, quæ sunt qualitates. Si jam dico: *Intellectus est visus impropriè & metaphoricè dictus*, non statim sequitur, quòd & *qualitas sit impropriè & metaphoricè dicta*. Pariter ergò, quia causalitas latiùs patet quàm motio, inde omninò non est absurdum, dicere *causalitatem finis esse quidem motionem metaphoricam*, licet non sit *causalitas metaphorica*, nec finis *metaphorica causa*.

Sed ex hactenus dictis non satis potest intelligi, quomodo finis sit causa finalis *DEI actionum*? item, *rerum cognitionis & appetitus expertium*; Vel quomodo tùm circa illius, tùm circa horũ actiones exerceat finis suam causalitatem? Ut ergò clariùs & accuratiùs proponatur, quot modis causa efficiens ob finem agere dicatur, & ad quem eorum pertineat DEUS, & naturalia absque cognitione agentia, ex *Summi Viri, Joachimi Jungii Exercit. V. de causis*, notari possunt sequentia.

Ob finem agere dicitur efficiens vel *primariò*, vel *secundariò*. Et porrò, *quod primariò* ob finem agit, vel *perfectè*, vel *minùs perfectè* id ipsum exequitur. *Primariò ob finem agere* dicitur, *quod ex cognitione & appetitu agit*, sive quòd ideò agit, quia appetit aliquid sibi cognitum. Quô pacto ob fi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [141] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [142] - -

ob finem agunt animalia. *Perfectè* autem sive *exquisitè ob finem agit, quod liberè agit.* Liberè a-
agit, *quod dominium obtinet suarum actionum, ut praesentibus omnibus ad agendum requisitis, tamen vel agere, vel non agere, itemque vel progredi in actione, vel eandem inhibere possit.* Quô pactô ex animalibus solus homo ob finem agere dicitur. *Minus perfectè* deinde, vel *minus exquisitè ob finem agere* dicitur, *quod ex cognitione quidem agit, sed non liberô appetitu*, sicut bruta, quæ quamvis simulacrum aliquod libertatis primô intuitu no B bis ostendant, tamen reverâ liberè non agunt, quia, præsentibus phantasmatibus sive speciebus sensibilibus rerum appetitarum, ex necessitate fiunt consequentes in ipsis motus, neq; suppetit illis voluntas aliqua, quæ appetitum sensitivum, aut motus ab eô profectos coërceat. Ita e. g. canis, cùm frustum panis vider, neque metus inhibet, appetit, ut devoret, vel si satur sit, ut reservet. Brutorum more etiam agunt pueri & alii homines, quorum appetitus rationi dominatur, sive C qui ἐκ προαιρέσεως non agunt. *Secundariò* deinde ob finem agere dicitur id, *quod ad certum finem dirigitur ab eo, quod primariò ob finem agit.* Et hoc rursum duplex est: Vel enim *quamdiu durat actio secundarii agentis, à primario agente dirigitur secundarium*, sicut e. g. penna scriptoria ob finem agit, quamdiu scriptor ob finem agit. Et dens aut unguis leonis, item jaculum hystricis ob finem agunt: vulnerant enim ibi, quò diriguntur à primariô agente. Vel, aliter secundarium a- D gens ob finem agere dicitur, *quòd etiam absente primario agente tamen agit id, quod expetit vel intendit primarium agens.* Et hoc porrò duobus fit modis, quorum prior est, *cùm secundarium agens ita à primariô eôque cognoscente agente construitum, fabrefactum, aptatumque est, ut absente primario, nec amplius tangente aut concurrente, tamen secundarium id peragat, quod intenderat primarium agens.* Exempli loco esto automaton, quod et- E iam absente mechanicô motûs suos peragit, & vel horam pulsu indicat, vel symphoniam modulatur, vel aliud quippiam, quod expetiverat artifex, exequitur, &c. Alter modus secundariô ob finem agentis, & quidem ab absente primariô agente directi, cernitur in *venenô* à scorpione aut viperâ effusô. Ideò n. spargit virus suum bestia, ut vindicare suam injuriam, & lædere offendentem cupiat, verùm ipsa veneno non indidit hanc vim, neque ita aptavit sive temperavit F istum, seu liquorem seu halitum, quem aspergit sive instillat vulneri, ut mutatione tàm insigni afficere possit vulneratum corpus. Quæ ille locô citatô. Et paulò pôst pergit: *Qualiacunque autem*, dicens, *sint hæc naturalia absque cognitione agentia, sive insigniter, sive obscurè operentur, non aliô sensu finis gratiâ agere posse intelliguntur, quàm quòd secundariò ob finem agunt, ab aliô nimirum primariô agente, sive praesente, sive absente directa. Solem enim è terra & aquâ halitus educere, halitus* A *in superiore eâque frigida aëris regione in ventos, pluvias & nives abire dicunt, quia ordo hic & vicissitudo ab opifice universi ob certissimos fines instituta sit, nimirum ut ventis semina dispergantur, pluviis alantur, nivibus foveantur & fermententur. Eadem opificis sapientia plantas foliis vestitas esse voluit, ut fructus tegant, cortice amictas, ut inter illas & corticem humor subrepat, radicibus instructas, ut alimentum è terrâ exsugant, atque ita in cæteris.* Hactenus Joachimus Jungius.

Nunc progredimur ad *distinctiones finis*. Et quidem 1. finis est vel *CUJUS*, vel *CUI*. Rem exemplis facimus claram. V. g. Medici finis *cujus* dicitur *sanitas*, finis *cui*, *ager*. Definitiones vide *in Tabellâ*.

Hanc divisionem quidam in libris suis Metaphysicis sic impugnant: *Quicquid est id, cujus gratiâ aliquid est, aut fit, illud est finis cujus. Sed omnis finis est id, cujus gratiâ aliquid est aut fit. E. omnis finis est finis cujus*, & per consequens *mala est divisio in finem cujus & cui.* Ut si omne animal esset rationale, malè divideretur in irrationale & rationale.

Verùm ad hanc objectionem nos respondemus, negando Majorem: *Quicquid est id, cujus gratiâ aliquid est aut fit, illud est finis cujus.* Nam finis *cujus* non dicitur id, *cujus gratia aliquid fit*; verùm aliter nos describimus, nempe *id, cujus efficiendi gratia aliquid est aut fit.* Et *finis cui est id, cui alter finis seu finis cujus efficitur.* Finis *cui* est etiam id, cujus gratiâ aliquid fit, sed non statim est finis *cujus.* Rectè dico, ægri gratiâ aliquid fit, nempe confectio & abhibitio medicamentorum; sed non efficiendi ægri gratiâ. Non enim cupit medicus sua medicatione acquirere ægrum, aut eum efficere. Verba itaq; *efficiendi* vel *acquirendi* sunt notanda.

Sed objiciat, quòd etiam finis *cui* possit acquiri, & sit id, cujus acquirendi gratiâ aliquid fit. Nempe ponamus duos inter se digladiari. Id audit Chirurgus, proinde accurrit, ut, si alteruter fuerit vulneratus, suæ curæ committatur. Hîc profectò vulneratus est finis *cui*, sanitas sive sanatio est finis *cujus*. Accurrit etiam Chirurgus, ut quasi acquirat vulneratum. E. videtur, quòd & finis *cui* sit id, cujus acquirendi gratiâ aliquid fit.

Ad hæc resp. Non est absurdum, aliquid simul esse finem *cujus* & *cui*, sed diversarum actionum aut modorum respectu. Sic ergô quando Chirurgus obligat vulnus, & vulnerato applicat emplastra, tunc vulneratus harum actionum respectu est finis *cui*, & sanitas est finis *cujus*. Sed respectu aliarum actionum (nempe quod attinet Chirurgum, dum cognovit, esse futurum conflictum, & sperari fore, ut alter vulneretur, datque operam, imò cumaliò rixatur, ne alterius, sed suæ fidei tantùm committatur vulneratus, &c.) respectu aliarum actio-

num, inquam, vulneratus non est finis *cui*, sed *cujus*. Quæ sic de hisce.

Deinde finis est vel *operatio*, vel *res facta*. Hæc distinctio desumitur ex *I. Ethic. ad Nicomachum cap.* 1. ubi Aristoteles dicit: διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν. τὰ μὲν γὰρ εἰσὶν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρ' αὐτὰς, ἔργα τινά. h. e. *Differentia verò aliqua esse finium apparet, quòd alii quidem actus, alii verò præter ipsos opera quædam sunt.* Finis *ut operatio* est v. g. visio respectu oculi; Finis *ut opus* est v. g. domus respectu οἰκοδομικῆς.

Quando autem finis est *operatio*, tunc hoc sit bifariàm. Nam interdum finis ita est operatio, ut *per eam fiat aliquod opus*. Interdum autem est hujusmodi operatio, *ut non insuper fiat opus*. Sic οἰκοδομικῆς finis est ædificatio, quæ est operatio, sed ita, ut per eam opus fiat, nempè domus. Sed finis oculi est visio, quæ est operatio tantùm, per quam non efficitur opus. Est quidem visio necessaria ad multa opera, ut v. g. ad scribendum, ad ambulandum, ad legendum, &c. Sed visio non terminatur immediatè ad has operationes. Nam v. g. per visionem non perficiuntur literæ, ita ut visio terminetur ad literas, quemadmodùm calor ad aquam, quam alterat.

De discrimine horum finium agit Aristoteles, ut citavi suprà *I. Ethic. ad Nicom. cap.* 1. & docet ibidem, quòd *quorumcunque præter operationem etiam aliquod opus finis est, tunc opus sit præstantius operatione, & magis finis.* Ut *IX. Metaph. text. 26.* dicit Aristoteles, finem τῆς οἰκοδομικῆς esse ædificationem, magis autem finem esse ipsam domum. Nam domus est etiam ædificationis finis. Jam autem finis semper præstantior est eô, cujus est finis.

Tertiò finis est vel *operationis*, vel *rei factæ*. Ubi notandum, quòd hæc divisio cum præcedente non sit eadem. Nam in præcedente divisione *operatio & res facta*, ponebantur *in rectô*, & prædicantur etiam de fine *in rectô*, h. m. *finis quidam est operatio, quidam res facta.* In hâc autem distinctione ponuntur *in obliquô*, & prædicantur de fine *in obliquô* hôc modò: *Finis est vel operationis, vel rei factæ.* Ideòque prior divisio sumitur ab iis *rebus, quæ denominantur fines*, & est divisio *ipsorum finium*, seu *rerum, quæ sunt fines*; sed posterior hæc divisio est *rerum, quarum est finis*. Sunt autem, qui existimant, hanc divisionem nihilominus quoad rem & sensum cum divisione præcedente coincidere. Finem n. *operationis* idem esse, quod finis, qui est *res facta*, & finem *rei factæ* esse idem, quod *operatio*. Et quidem negari non potest, quòd finis operationis sit res facta, ut finis medicinæ est sanitas. Clarum quoq; est, finem rei factæ esse operationem, ut serræ; quæ est res facta, finis est sectio, oculi visio. Sed interim non potest negari, quòd finis operationis possit esse etiam alia operatio, & finis rei factæ etiam alia res facta. In habitibus scientiarum occurrunt duo operationum genera, quædam quæ antecedunt habitum, quædam autem sequuntur. Actionibus enim habitus giguntur, & habitus acquisiti sunt causæ effectrices operationum. Ita ars canendi fidibus comparatur frequenti exercitatione, & est operatio antecedens habitum. Quando autem jam est acquisitus habitus, tunc perfectè quis fidibus canit, & hæc est operatio sequens. Possumus nunc rectè dicere, quòd actionum habitum fidibus canendi antecedentium finis non tantùm sit habitus tanquàm res facta, sed & operationes, quas acquisitô habitu edimus. Sic etiam rei factæ finis non tantùm est operatio, sed & alia res facta, ut medicamenta sunt res facta, finis medicamentorum est sanitas, quæ & ipsa est res facta.

Quartò, finis est vel *FORMALIS*, vel *OBJECTIVUS*. Usurpatur hæc distinctio frequenter à Scholasticis, quando de ultimô hominis fine disputant. Nempè dicunt, ultimum hominis finem esse *Deum*, dicunt etiam, eundem esse *visionem Dei beatificam*, in quâ nostram statuunt consistere beatitudinem.

Quæritur ergò, quomodò hi duo fines conciliandi sint? dicimus n. *finem hominis ultimum esse DEUM*, item, *finem hominis ultimum esse visionem DEI*. Ubi optimè rem expedire possumus adhibitâ hâc distinctione, dicendo: *Deus est hominis finis ultimus objectivus.* Sed *visio beatifica est hominis finis formalis.* Finis enim *objectivus* est *aliquod objectum, cujus gratiâ aliquid agimus.* Finis autem *formalis* est *actio circa illud objectum.* Sic in datô exemplô rectè dicimus, Deum esse finem objectivum. Est enim objectum beatificæ visionis, sicut antè dicta beatifica visio est finis formalis, vel ordinatio, quæ versatur circa Deum, tanquàm objectum.

Potest autem hæc distinctio etiam alibi adhiberi. V. g. quando quis ambit puellam, ut eam ducat uxorem, omnem movet lapidem, ut eâ, tanquàm fine potiatur. Hîc finis est *puella*. Est verò & finis quidam *cohabitatio cum illa puellâ*. Sed *puella* est *finis objectivus, conjunctio* seu *cohabitatio* est *finis formalis*.

Ita etiam cùm vulgò docetur, finem Logicæ esse *cognitionem veritatis*, quæri potest, an non & *veritas* sit finis Logices? Videtur quod non; quia Logica nihil facit ad veritatem, sed veritas est sine Logicâ. Sed potest responderi, quod utraque possit dici finis Logicæ, nempè tùm *cognitio veritatis*, tùm *veritas*. Cognitio veritatis quidem potest dici *finis formalis*, veritas autem *finis objectivus*. Quod autem attinet ad hoc, quòd *quicquid non facit ad veritatem, illius finis non sit veritas*, concedimus de fine *formali*. Potest tamen esse finis *objectivus*. Nam finis *objectivus* per operationem cujus finis est, non efficitur.

Quintò, finis est vel *EFFICIENDUS* vel *OBTINENDUS*. Est & hæc distinctio frequentissima apud Autores.

Finis *efficiendus* est *is, qui non est actu, ita tamen*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [145] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [146] - -

ab agente intenditur, ut fiat vel producatur. Finis *obtinendus* est *res actu jam existens*, quatenus eam *agens intendit acquirere.* Sic quando quis cum fabrô agit, ut mensam efficiat, mensa est finis efficiendus; nondum enim est. Quando autem quis jam sollicitus est de contrahendâ pecuniâ, ut agrum emat, ager est finis obtinendus jam tum enim est.

Et fortasis hæc distinctio non ita multùm differt â fine *objectivô* & *formali.* Multa enim exempla possunt adduci, ubi coincidunt. (Quamvis id simpliciter non affero, ideôque dico fortasis.) Nam v. g. *puella*, quæ est finis *objectivus* amatoris, est etiam *obtinendus. Matrimonium* est finis *formalis* & *efficiendus.* Sed in omnibus res ita se non habet. Nam v. g. *mensa* est finis *efficiendus*, non tamen *formalis*, quia non est actus circa aliquod objectum.

Notandum & hoc est, quòd, *quandocunquè aliquid finis obtinendus, semper interveniat finis efficiendus, vel aliqua effectio.* Ut finis *obtinendus* ejus, qui vult emere agrum, est *ager*, sed occurrit etiâ finis *efficiendus*, np. *agri possessio*, & ex agrô ejusque possessione integer fit finis, np. possessio agri.

Sextò. Finis est vel *ULTIMUS* vel *INTERMEDIUS.* Distinctio hæc est usitatissima, & usus ejus frequentissimus. Finis *ultimus* est, *qui non ad alium finem refertur.* Et est vel *simpliciter talis*, vel *in certô genere. Simpliciter talis* est, *ad quem simpliciter omnia referuntur*, vel *referri saltem debent*, ut Deus. *In certô genere finis ultimus* dicitur, qui, *simpliciter loquendo, habet alium finem, sed in certô genere consideratus non habet alium finem.* Sic in arte medendi ultimus finis est sanitas, non simpliciter, quia & ipsa habet aliquem finem; sed in certô genere, quia omnium actionum, quæ in medicinâ suscipiuntur, finis ultimus est sanitas. Sic in arte Rhetoricâ finis est persuadere. Acquisitô n. hôc fine, acquiescitur, quantum ad ea, quæ ad artem illam pertinent. Omnia enim agit Orator ad persuadendum. Persuasionis posteà potest alius esse finis, non a. in Rhetorica, sed in disciplinâ aliâ, nempè Politicâ. Sic quando Agrippa Menenius ad plebem orationem habebat, & persuadebat ad gratiam, finis ejus non erat persuasio, sed salus Reipublicæ.

Deinde: finis *intermedius* est, *qui ita est finis, ut ejus aliud quoq; sit finis.* Et hic finis est simul *finis*, & etiam *medium ad finem ultimum*, sed diversâ ratione. V. g. expulsio humorum pravorũ est finis Medicinæ intermedius. Refertur enim ad sanitatem, & etiam est medium ad sanitatem.

Sed dixerit quis: *Quicquid est medium ad finem, illud non est finis. Sed expulsio pravorum humorum est medium ad finem. E. non est finis.*

R. *Quicquid est medium, non est finis ultimus*, hoc concedo. Sed de fine intermediô verum non est. Ille n. aliô atq; aliô respectu & *finis* & *medium* esse potest. Sic, ut jam dixi, expulsio pravorũ humorum non quidem est finis, quando se habet ut medium: interim est finis respectu medicamenti purgantis.

Dixerit hîc quis porrô: Communis est regula, quòd *finis in omni re sit ultimus. Si a. jam quidam finis est intermedius, non omnis finis est ultimus.*

R. Finis *ultimus* dicitur vel *simpliciter*, ut in hâc distinctione usurpatur; Vel *ultimus respectu certorum mediorum, quæ ad ipsum referuntur*, & sic intermedius finis quoq; est ultimus. Sic v. g. expulsio pravorum humorum est finis ultimus non simpliciter, sed respectu ipsius medicamenti.

Coronidis locô notamus aliquid de dictô Apostoli *Rom. IX. 32.* quod hoc est: *Concluſit Deus omnes sub incredulitatem, ut omnium misereatur.* Ex eô quidam colligere voluerunt, fore, ut tandem omnes salventur, hoc præter propter nectentes argumentum: *Quorumcunq; Deus miseretur, illi salvantur. Atqui Deus omnium miseretur. E. omnes salvantur.* Respondet quidam magni nominis Vir ad Minorem; verùm insufficienter. Proindè puto ex doctrinâ præsenti ad hoc argumentum optimè posse responderi. Propono autem regulam & observationem quandam non exigui momenti, quæ hæc est: In tractatione de causâ finali, vel quando quæritur de fine, tunc potest ratio haberi duplicis considerationis. Consideratur enim finis, & ut est *in intentione*, & ut est *in executione.* In executione finis non est causa, sed effectus. In intentione finis est causa, puta in ordine appetitionis, dum plura appetuntur, & unum propter alterum. Ut e. g. in curatione appetit æger sanitatem, propter sanitatem medicinam, propter medicinam medicum, &c. Hic est ordo intentionis, & hic finis est finis reverâ. Sed ordo executionis si instituitur, tunc finis est effectus. Jam itaque, his præmonitis, propono hanc regulam: *Ab intentione finis ad ejus executionem non valet consequentia* Item hanc: *A negatione consecutionis finis ad negationem intentionis, non valet consequentia.* Sic ergò quando in præsentis argumenti minore dicitur: *Deus omnium miseretur*; dicimus eam non esse Apostoli. Apostolus enim non dicit: *Deus omnium miseretur*; sed dicit sic; *Concluſit Deus omnia sub incredulitatem, ut omnium misereatur.* Sermo est Apostolo de intentione, *quare Deus concluserit omnes sub peccatum?* nempè, *ut omnium misereatur.* Quando autem dico: *Deus omnium miseretur*, pertinet hoc ad executionem. Non proindè sequitur: *Concluſit Deus, ut omnium misereatur. E. omnium miseretur.* Quia *ab intentione ad executionem non valet consequentia*; Nec valet etiam: *Deus non omnium miseretur. Ergò non concluſit omnes sub peccatô, ne omnium misereatur.* Nam *à negatione executionis non valet consequentia ad negationem intentionis.* Declarabimus rem aliô exemplô: Sempronius mittit Titium, filium suum, in Academiam, ut ibi literis incumbat, & vir evadat eruditus. Quid ille filius?

filius ? commeſſatur , ludit , deambulat , &c. Quando jam vellem dicere : *Titius dat operam literis* , falſum dicerem ; Quando autem dico: *Pater miſit Titium, ut operam det literis* ; verum dico. Hâc enim poſteriori locutione ſermonem inſtituo de *intentione* , ſed in priori ſermo eſt de *executione*. Et non valet conſequentia: *Pater miſit filium, ut diligenter operam det literis. Ergo filius diligenter dat operam literis.* Nec valet ſic : *Filius non diligenter dat operam literis. Ergo pater illum non miſit, ut diligenter det operam literis.* Hæc, ut monui ſuprà, diligenter ſunt obſervanda.

Quæ jam adhuc reſtant finis diſtinctiones, eæ vel ſunt aliàs notiſſimæ, vel non ita frequentes. Pergemus ergò ad ſequentem

TABELLAM XI.
DE QVIBUSDAM DISTINCTIONIBUS,
Omnibus aut ſaltim pluribus cauſarum generibus communibus.

SEquuntur nunc quædam *diſtinctiones omnibus vel ſaltim pluribus cauſarum generibus communes*. Reprehenderit autem quis ordinem, & dixerit, eſſe has diſtinctiones præmittendas tractationi cauſarum. Verùm enim verò cùm ordo doctrinæ deſumendus ſit à meliore noſtrâ cognitione, & hæ diſtinctiones meliùs intelligantur poſt diverſa cauſarum genera cognita, voluimus has diſtinctiones non præmittere, ſed potiùs poſtponere.

Prima verò diſtinctio eſt, quòd cauſa vel ſit *ACTU*, vel *POTENTIA*, ἐνεργείᾳ ἢ δυνάμει, ex *II. Phyſ. cap. 3. & V. Met. c. 2.* Nec continet hæc diſtinctio quandam difficultatem, ſed ex terminis ſat nota eſt. Dabimus tamen exemplum. Primùm quantum ad *efficientem* & *materiam*; aurifaber quando efficit poculum, vel in elaborandô aurô aut argentô ad formam poculi eſt occupatus, tunc eſt cauſa efficiens, & aurum vel argentum eſt actu materia poculi. Sed quando aurifaber dormit, aut edit, aut bibit, tunc eſt cauſa efficiens potentiâ. Deinde quâ formam, non videretur cui locum habere hæc diſtinctio. Nulla enim forma eſt ſecundùm Ariſtotelem *XII. Met.* quæ exiſtat, antequàm ſit actu cauſa formalis, & ita ſit forma potentiâ. Plato quidem putat, DEUM omnes animas rationales creâſſe, & pòſt detrudere in corpora. Hæc ſi eſſent vera, anima eſſet forma potentiâ. Sed rem ita ſe habere, nemo jam eſt, qui credat aut ſtatuat. Puto tamen nihilominùs nos poſſe dicere, quòd cauſa formalis etiam detur, quæ ſit potentiâ, & adducere exemplum de noſtrâ animâ. Quando enim illa ſeparata eſt à corpore humanô, & jam ſeorſim exiſtit in cœlis ; non eſt cauſa formalis actu, ſed potentiâ. Denique de *fine* videtur etiam res eſſe clara, quòd quidam ſit *actu*, quidam *potentiâ*. V. g. ſi quis jam per aliquod indicium reſciſcat de theſaurô depoſitô, & det operam, quomodo ejus reddatur particeps, tunc ille theſaurus eſt actu cauſa finalis. Quando autem ille theſaurus nondum eſt notus, tunc ille theſaurus eſt potentiâ cauſa finalis.

Secundò. Cauſa eſt vel *VERA CAUSA*, vel *CAUSA SINE QUÂ NON*. Quid *vera cauſa* ſit, patet ex ſuprâ dictis. Cauſa autem *ſine quâ non* quid ſit, difficile ita non eſt intellectu. Duò nempè requiruntur, ut aliquid ſit cauſa ſine quâ non : 1. *ut ſine eô effectus non poſſit eſſe vel fieri.* 2. *ut non ſit vera cauſa ejus.* Alterum horum ubi deeſt, non eſt cauſa ſine quâ non, Sic e. g. fides non poteſt dici cauſa ſine quâ non ſalutis, quia eſt vera cauſa. Et quando calefit aqua à calore ignis, ignis non eſt cauſa ſine quâ non ejus calefactionis, ſed cauſa vera. Duo ergò dicta requiſita probè ſunt obſervanda, de quibus exempla ſunt in propatulo. V. g. ut ignis producat calorem, opus eſt propinquitate Ignis enim in fornace exiſtens nunquam calefacit aquam in puteô propter nimiam diſtantiam, ſed oportet ut aqua in ollâ apponatur igni. Illa vicinitas quidem non eſt vera cauſa calefactionis aquæ ; nam non eſt cauſa efficiens ; non forma ; non materia ; non finis ; quia nullius harum definitio illi competit, ut patet. Attamen ſine illâ vicinitate ſeu approximatione aqua ab igne nunquàm incaleſcit. Patet igitur, ideò quòd ſine hâc effectus (nempè calor in aquâ) produci ab igne nequeat, illam eſſe calefactionis iſtius cauſam ſine quâ non. Sic & ut Chirurgi vulnus curent, pus removent. Illa remotio puris non eſt vera cauſa; ſine eâ tamen vulnus non curatur. Eſt ergò cauſa ſine quâ non. Similiter quod vulgò exempli locô ponunt ; quando valvæ ſunt oppoſitæ, conclave eſt tenebroſum. Remotis autem his, luceſcit. Illa remotio valvarum eſt cauſa ſine quâ non, quia ſine eâ non poteſt luceſcere conclave. *Jacob. Martini*

Hîc eſt Vir quidam eruditus, qui in ſuis Metaphyſicis abhorret ab hâc locutione: *Cauſa ſine quâ non.* Dicit enim, *ſine quâ non eſſe conditionalem appellationem* ; Conditionem autem *ſine quâ non non eſſe cauſam.* Si ergò conditio *ſine quâ non, non eſt cauſa. Ergo non debet denominari cauſa.*

Sed ego profectò miror, eô Virum tantum prolabi. Annon, quandò proferimus cadaver hominis, dicimus, *hic jacet homo mortuus*, & rectè quidem ? Et tamen homo mortuus non eſt homo. Et picturam hominis rectè dicimus eſſe hominem pictum, & tamen pictura non eſt homo,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [149] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [150] - -

mo. Sciendum igitur, & est doctrina sat comis- A munis, quòd fieri possit, ut vocabulum aliquod usurpetur de aliquô *cum aliquô appositô*, de quô tamen, sine illô appositô, non rectè dicitur. Non potest pictura dici homo absolutè, potest tamen homo dici cum appositô, nempè *pictus*, ut dicamus *homo pictus*. Sic ergò non rectè quidem loquimur, quando dicimus: *approximatio ignis est causa calefactionis*, quia loquimur sine appositô. Rectè tamen dicimus esse *causam sine qua non calefactionis*. Tò *sine qua non* enim determinat no- B men causæ, sed *alienando*.

Tertiò. Causa est vel *PER SE* vel *PER ACCIDENS*. Frequentissima fit mentio apud Autores, & in controversiis multis distinctionis causæ in *causam per se* & *per accidens*. Descripsi olim in *tabella* ac *Institutionibus* causam per se & causam per accidens. Sed rectiùs fieri puto, si non detur generalis descriptio causæ per se & per accidens, sed priùs distinguatur utraque, & dicatur utraque causa esse duplex. Nam quod attinet C primò *causam per se*, illa est talis vel *ex parte subjecti*, vel *ex parte effectus*. Deinde quod attinet *causam per accidens*, illa etiam est talis vel *ex parte subjecti*, vel *ex parte effectus*. Jam autem vix potest dari unus conceptus, & per consequens nec definitio, in quâ complectamur simul causam per se ex parte subjecti & ex parte effectus. Perinde se quoquè res habet de *causa per accidens*. Seorsim igitur hæc describenda. Nam causa per se & causa per accidens respectu subjecti, & respe- D ctu effectus dicuntur æquivocè. Æquivoca autem absq; distinctione non possunt definiri.

Igitur *CAUSA PER SE EX PARTE CAUSÆ* est, *à qua, ut tali, procedit effectus*. *CAUSA PER ACCIDENS* autem *EX PARTE CAUSÆ* est, *à qua procedit effectus, sed non ut tali*. Declarabo rem exemplô; quando dico: *Medicus medetur*, tunc adsigno *causam per se ex parte causæ*. Si autem idem homo, qui Medicus est, sit etiam *JCtus*, item pictor, & sit Thuringus, calvus, simus, vel a- E lia ei competant accidentia tunc rectè etiam ita loquor: *Jurisconsultus medetur, pictor, Thuringus, calvus, simus* &c. medetur. Sed omnes sunt causæ per accidens.

Fit autem duobus modis, ut aliqua causa sit per accidens ex parte causæ: 1. *Quando effectus tribuitur subjecto principii per se*. 2. *Quando tribuitur aliis accidentibus, quæ illi subjecto conveniunt*, & quidem *in concretô, quorum accidentium neutrum est principium per se*. De quibus vide in F *Tabella*.

Deindè *CAUSA PER SE EX PARTE EFFECTUS* est, *quæ unum eundemque per se habet effectum*. *CAUSA* autem *PER ACCIDENS EX PARTE EFFECTUS* dicitur, *cum cujus effectu conjungitur aliquid, in quod vel non influit, vel quod non intendit, aut neutram facit, sive nec influit, nec intendit*. Est igitur varia hæc causa. Vel enim dicitur *causa per accidens ex parte effectus RATIONE INFLUXUS*, quæ *causa per accidens physica* dicitur; vel *RATIONE INTENTIONIS*, quæ *causa per accidens moralis* dici potest; vel *RATIONE UTRIUSQUE*. Res exemplis patebit. Ille qui removet, ortô Sole, valvas fenestrarum, est causa per se remotionis valvarum: causa per accidens autem illuminationis, & quidem physica ratione influxus. Cum remotione enim valvarum ita cohæret illuminatio, ut in illam illuminationem non influat, qui removet valvas. Igitur causa per accidens est ex parte effectus, ratione influxus. Moraliter autem & ratione intentionis est causa per se, intendit enim illuminationem, qui valvas removet, & propter illuminationem removet eas. Quando autem quis findendis lignis operam dans, stantem à tergô sublatâ securi vulnerat inscius, ille est causa per accidens illius vulneris ex parte effectus, & quidem ratione intentionis, non autem influxus. Nam reverâ influit in vulnus, non autem intendit illud vulnus. Ideò causa per accidens est ratione intentionis. Eadem est ratio, si quis findendis lignis operam dans, aberrante ictu, seipsum percutit. Aliud exemplum. Mittit pater filium suum Lipsiam, eô tempore, quo cuncta viarum existimantur esse tutissima, sit tamen, ut filium, quem misit pater, in itinere invadant prædones & ipsum spolient. Hîc pater est causa per accidens ex parte effectus, quia illa spoliatio cum effectu per se, quæ est missio filii, cohæret, & qui- D dem cùm ratione influxus, tùm ratione intentionis. Nam non influit pater in direptionem, non etiam intendit direptionem, sed prorsus præter ipsius intentionem & cognitionem accidit. Imò dolet, quando ipsi tale quid narratur.

Divisio hæc in *causam per se* & *per accidens ex parte causæ & effectus* licet vetustissima sit, non tamen Vir quidam antehâc celeberrimus veritus est scribere, *hanc distinctionem esse novam, & confictam à nonnullis, ut defendere possent illam sententiam, quòd Deus sit causa per accidens peccati*. At verò desumi potest illa distinctio ex ipsô Aristotele. Nam *causa per accidens ex parte causæ* expressè habetur *II. Phys. cap. 3. text. 33*. *Causa* autem *per accidens ex parte effectus* expressè ponitur *VIII. Phys. text. 32*. Et elucet satis ex iis, quæ *cap. 5. & 6. l. II.* de fortunâ & casu scribit. Et præterea proposita fuit hæc distinctio expressissimè à Philoponô, qui floruit ante annos 1000. Imô à Themistiô, qui florvit ante annos 1200. *in comment. in cap. 3. lib. II. Phys.* Non igitur est hæc distinctio nova, sed vetustissima.

Jam quæritur porrò, *an causa per accidens sit vera causa*? A nobis olim fuit negatum, causam per accidens esse veram causam. Et ille ipse Vir, de quò anteà dixi, in suis Metaphysicis exercitationibus, *Exerc. IV*, idem statuit. Scharffius etiam in *Physica recognita*, & alii. Nihilominùs tamen hi omnes, quod hîc statuerunt, negârunt alibi. Nos autem idem adhuc statuimus,

Ubi tamen notamus hoc, nempè quando dicimus, *causam per accidens non esse veram causam*, loquimur *de causâ per accidens ex parte effectus, quatenus est causa per accidens*. Causa enim *per accidens ex parte causæ est vera causa*, ut v. g. quando dico: *JCtus medetur*, tunc reverà JCtus medetur & est causa vera medelæ, licet ex parte causæ dicatur causa per accidens. Ego ergò hoc volo, quòd *causa per accidens ex parte effectus non sit vera causa*. Sed addo hoc: *quatenus est causa per accidens*. Causa enim per accidens ex parte effectus, in quantum est causa per accidens, non est vera causa; ut autem est vera causa, eatenus est causa per se. Posui suprà exemplum, & dixi, quòd is, qui stantem à tergò, quem stare ibi nescit, vulnerat, quando reverà vulnerat, hâc ratione sit causa per se, & non per accidens, ratione nempè influxus. Interim ratione intentionis nemo non videt, quòd sit causa per accidens. Si itaque res probè consideratur & distinguitur, nostra sententia apparet verissima. Imò patet ex suprà dictis, *dari causam per accidens, quæ nullâ ratione sit vera causa, nec ratione influxus, nec ratione intentionis*, ut paulò antè adductum exemplum, de Patre mittente filium Lipsiam, ostendit. Et in tali causâ non opus est addere *quatenus est causa per accidens*, sed simpliciter dicitur, quòd talis causa per accidens non sit vera causa.

Propterea autem olim Vir ille negavit causam per accidens ex parte effectus, quia putavit, tunc quoque negari, Deum esse causam peccati per accidens. Disputatum olim fuit multum inter multos, *an Deus sit causa peccati per accidens?* Et integrum tractatum D. Kesleri Wittebergæ editum, videmus de hâc materiâ, qui affirmativam statuit. Ego autem hanc disputationem non facio meam, nec quicquam ulteriùs hâc in re determino. Sufficit interim terminos explicâsse.

Quartò, sequitur nunc alia divisio causæ, nempè in *TOTALEM* & *PARTIALEM*. *Totalem* aliàs vocant *solitariam*; *Partialem*, *sociam*.


Notanda verò hîc quædam sunt imprimis de causâ partiali. Causa partialis sumitur bifariàm: 1. *Latiùs* pro eâ, *quæ cum aliâ aut pluribus aliis ejusdem generis concurrit ad eundem numerò effectum*. Hâc ratione etiam causæ essentialiter subordinatæ possunt dici causæ partiales, ut Sol & homo, quatenus de sententiâ Aristotelis *II. Phys. text. 26.* generant hominem; oculus item & species visibilis in eliciendâ visione: si verum est, speciem esse veram causam efficientem visionis. Partiali causæ hôc modò acceptæ opposita *totalis causa* est, *quæ cum nullâ aliâ ejusdem generis ad eundem numerò effectum concurrit*, ut Deus in creandò mundò, Christus aquam mutandò in vinum. 2. Sumitur causa partialis *strictiùs* & est, *quæ cum aliâ vel pluribus aliis ejusdem generis concurrit ad eundem numerò effectum, ita ut effectus pars ejusdem rationis utrivis vel cuilibet respondeat*. Dico (1.) *ejusdem generis*, quia quatenus plures diversorum generum causæ in eundem numerò effectum influunt, ut cùm à fabrò ex argentò poculum conficitur, faber & argentum non dicuntur causæ partiales. Dico (2.) *ad eundem numerò effectum*. Nam si duæ vel plures causæ numerò distinctas res producunt, ut cùm plures Professoris dictantis verba calamò excipiunt, partiales causæ non sunt. Alia enim est scriptura, quam hic, alia, quam ille efficit. Dico (3.) *effectus pars*. Quia nulli causarum partialium totus effectus, sed cuivis tantùm pars debetur. Dico (4.) *omnes partes effectus*, quæ causis partialibus respondent, *sunt ejusdem rationis*. Ita e. g. cum duo vel plures equi trahunt currum, utrique vel cuilibet pars illius actus trahendi accepta fertur, neutri autem vel nulli totus actus, suntque illæ partes ejusdem rationis. Quod quidem evidentissimum videtur in lumine à duabus facibus productò. Quando enim altera extinguitur, pars illius luminis manet, illa scilicet; quæ ardenti respondet; altera pars, quæ ab extincta, antequàm extingueretur, efficiebatur, perit. Existimamus etiam, utramque vel quamlibet per se illum ipsum, aut saltem alium ejusdem speciei effectum, cujus ratione dicuntur causæ partiales, producere posse. Quod exinde lucidum fit, quòd si duo equi trahant currum non ita per se magnum & gravem, nec valdè onustum, unus eorum ipsi trahendo sufficiens est. Quod si autem currus & per se gravis sit, & onustus admodùm, ut unus equus eum trahere nequeat, potest tamen is trahere currum exiguum & levem, nec tantoperè onustum. Actus autem trahendi utrumque currum, sunt ejusdem rationis vel speciei. Hinc causæ partiali ita strictiùs sumtæ opposita causa *totalis* est, *quæ non concurrit cum alia ejusdem generis ad eundem numerò effectum, aut si concurrit, eadem ratio in illo utrique vel singulo non respondet*. Quâ jam ratione nulla eorum, quæ essentialiter inter se subordinatæ sunt, partialis dici potest, sed utraque vel quælibet est totalis.

Quintò *Causa* est vel *MEDIATA*, vel *IMMEDIATA*. Et

Sextò vel *REMOTA* vel *PROXIMA*.

Eadem omninò videtur esse divisio causæ in *remotam* & *proximam*, & in *mediatam* & *immediatam*, quòd prorsus idem esse videatur causa *remota* & *mediata*, item *proxima* & *immediata*. *Proxima* quidem s. *immediata* est, *inter quam & effectum nulla alia ejusdem generis intercedit*. *Remota* verò s. *mediata* est, *inter quam & effectum intercedit causa alia ejusdem generis*. Convenit hæc divisio non uni tantum causarum generi. Habere enim eam locum in causâ *materiali*, vel indè patet, quòd syllogismi materia proxima sunt propositiones, remota termini.

Quatenus autem causæ *efficienti* accommodatur, sic distinguitur efficiens in *mediatam mediatione*



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [153] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [154] - -

diatione virtutis & ſuppoſiti, & in immediatam im- A *mediatione virtutis & ſuppoſiti.*

Illud agit immediatè immediatione virtutis, quod agit per virtutem non aliunde ſibi communicatam. Agere autem mediatè mediatione virtutis eſt per virtutem ſibi commodatam operari, ajunt Conimbricenſes *II. Phyſ. c. 7. quæſt. 14. Artic. 1. col. 388. E.* Quæ deſcriptiones, niſi prorſus me fallit qualecunque meum judicium, ineptæ ſunt. Eſſe enim *agens mediatum vel immediatum* dicitur, *comparatione effectus*, illô ſimul *certum medium in-* B *cludente*, hôc *excludente*. Quòd verò illud *agens ab alio ſit*, vel *non ſit*, aut *ab aliô aliquid ſecum communicatum habeat*, vel *non habeat*, accidens eſt, neque ad rationem illarum differentiarum pertinet. Quod confirmatur: *Agens mediatum vel immediatum mediatione vel immediatione ſuppoſiti eſſe dicitur comparatione effectus, illo intermedium ſuppoſitum includente, hôc excludente. E. agens mediatum vel immediatum mediatione vel immediatione virtutis quoque dicitur per comparationem ad ef-* C *fectum, illo certum medium includente, hoc excludente.* Virtutem autem aliunde ſibi impertitam habere aut non habere, ei accidit, neque in exponendis hiſce differentiis attendendũ eſt. Conſequentia patet, quia par utrobique eſt ratio. Antecedens probatur, quia hæ ſunt ipſorum Conimbricenſium definitiones *l. cit.* dum ajunt: *Id agit immediatè immediatione ſuppoſiti, inter quod & ipſum effectum ſ. rem patientem nullum aliud ſuppoſitum* h. e. *ſingulare per ſe ſubſiſtens, interjectum* D *eſt. Id agit mediatè mediatione ſuppoſiti, inter quod & effectum ſ. rem, quæ patitur, aliud cadit ſuppoſitum.* Quibus verbis utrumque agens definiri per reſpectum ad effectum, ita ut ſuppoſitum intermedium includatur ſimul, vel excludatur, nullam autem rationem haberi vel mentionem fieri alterius, undè ipſum agens ſit vel non ſit, aut aliquid receperit, vel non receperit, luce meridianâ clarius eſt. Quod poſtremum verò ſi ad iſtas differentias pertineret, & non per accidens ad eas E eſſe haberet, omitti non deberet.

Cauſa igitur *mediata mediationis virtutis* nobis vocatur, *quatenus alteri virtutem, per quam ipſum influit, aut agit, dedit, aut conſervat, aut utrumque facit.* Fit autem interdum, *ut aliquid alteri det virtutem operandi, ut tamen eam non conſervet*, quomodò Magnes impertit acui vim trahendi ferrum. Fit etiam, *ut conſervet, & ſi non det aut dederit*: ſicut Medici ſenſum oculorum conſervare poſſunt periturum, niſi id fecerint, F quem tamen initiò non dederunt. Fit porrò, *ut aliquid attribuat virtutem operandi & conſervet.* Quomodo, ex Durandi etiam ſententiâ, Deus initiò creaturas fecit, iisque facultatem operandi & indidit & conſervat. Atque hæc cauſa eſt, cui dixerim: *quatenus alteri virtutem per quam ipſum influit aut agit, dedit aut conſervat, aut utrumq; præſtat.*

Reduci autem poſſe videtur ad hoc genus cauſæ mediatæ *id, quod, ut aliud operetur, facit.* Facere autem aliquod, ut operetur aliud, intelligimus, quando *applicat agens ad patiens*, aut *hoc ad illud*, quando quis *coactu, juſſu, ſuaſu* aut *ſimili ratione alium ad patrandum aliquid movet.* Quæ ſententia cui probatur, is id tradiræ deſcriptioni adjungere poterit, & ſic dicere: *Cauſa mediata mediatione virtutis eſt, quatenus alteri virtutem, per quam ipſum influit, aut agit, dedit, aut conſervat, aut utrumque præſtat, aut, ut operetur, facit.*

Notamus verò porrò, fieri poſſe, *ut cauſa aliqua tantùm ſit mediata mediatione virtutis*, ut perſpicitur in iis, quæ modò diximus. Fieri etiam poſſe, *ut ſit ſimul immediata immediatione virtutis*, ut ſi non ſolùm ſervus juſſu domini, ſed etiam ipſe dominus movendo lapidi admoveat manus, dominus mediatâ cauſâ eſt motus lapidis, quatenus mandatô ejus ſervus movet, & immediata ſimul, quatenus ipſe quoque movet.

Durandi *II. ſent. diſt. 1. quæſt. 5. & diſt. 37. quæſt. 1.* ſententia eſt, *Deum non aliter eſſe cauſam actionum rerum creatarum, quàm quòd iis virtutem agendi & dedit & conſervat*, quod eſt, *eſſe cauſam mediatam mediatione virtutis.* Contrà alii Scholaſtici, imò Noſtrates etiam docent, non iſtiusmodi ſolùm, ſed etiam *immediatam actionum & effectuum omnium rerum creatarum eſſe Deum*, immediatam, inquam, *immediatione virtutis.* Statuunt enim, *Deum concurrere ad agendum cum omnibus creaturis, ità ut actio earum ſit ipſius Dei, per ſeipſum influentis, actio*; quod quidem negat Durandus. Meliùs verò explicabitur hoc diſtinctione ſequenti in cauſam *univerſalem & particularem.*

Ex quibus etiam hoc eluceſcit, *cauſam mediatam mediatione virtutis, quatenus eſt talis, non eſſe veram cauſam phyſicè, quia revera non influit*: Probant id allata exempla.

Sed cauſa *immediata immediatione ſuppoſiti*, quam nondum definivimus, eſt, *inter quam & effectum vel patiens nullum ſuppoſitum* (h. e. ſingulare per ſe ſubſiſtens) *interjectum eſt.* Quomodo aqua e. g. manum, quam abluit, refrigerat, & ignis ollam, cui circumfunditur, & quam tangit, calefacit. Ei autem oppoſita cauſa *mediata mediatione ſuppoſiti eſt, inter quam & effectum vel patiens, aliud ſuppoſitum interjacet.* Quomodo faber ſecat ligna mediante ſerrâ, ignis in fornace hypocauſtum calefacit.

Septimò, cauſa eſt vel *UNIVERSALIS*, vel *PARTICULARIS.*

Differentia hæc in omnibus aut pluribus ſaltem cauſarum generibus locum habet. Dicitur n. *finis univerſalis*, qualis eſt, cùm Studioſus operam dat Jurisprudentiæ, ut aliquando evadat cauſarum patronus. Datur *materia univerſalis*, qualis eſt materia prima, quæ eſt materia omnium corporũ naturalium, aut ſaltem ſublunariũ. Datur & *particularis, qualis eſt ſemen humanum* reſpectu hominis, ſemen equinum reſpectu equi.

Cauſæ

Causæ *efficienti* autem hæc divisio uti accommodatur, dicitur causa universalis, *quæ influit actione ex parte ejus ita indeterminata & indifferenti, ut simul eôdem modô in plures diversissima naturæ effectus influat aut influere possit. Determinatur* verò, *ut evadat hujus vel illius speciei effectus, ab alia causa efficiente.* Opposita causa *particularis* est, *à qua effectus habet esse determinatum*, sive *ut sit talis speciei.* Ita Deus de communi Theologorum & plerorumque Philosophorum Christianorum sententiâ concurrit ad generationem & actiones omnium rerum, tanquâm causa universalis, ut cum calore ad generationem alterius caloris, cum frigore ad generationem frigoris, cum eô, qui scribit, ad efformationem literarum. Est autem illa actio Dei, quantum est ex parte ejus, illimitata & indifferens. Quamvis enim Deus non solùm efficiat communes rationes, sed & proprias & specificas quarumlibet rerum, & ita actio ejus simpliciter determinata sit ad certam speciem, tamen determinatio illa non competit illi actioni, quatenus est à Deo, tanquàm causâ universali; sed quatenus est à causâ particulari. Quemadmodum actio Dei concurrentis cum calefaciente est calefactio; concurrentis autem cum corpore frigefaciente est frigefactio, & ita semper est actu & simpliciter determinata ad certam speciem. Si tamen illa actio ejus consideratur, ut est ab eô præcisè tanquàm à causa universali, non intelligimus, cur debeat esse calefactio potiùs, quàm frigefactio. Unde non dicimus, hanc actionem esse calefactionem, quia est à Deo, cum & frigefactio ab eô sit; sed dicimus, eam esse calefactionem, quia est ab igne, frigefactionem verò, quia est à corpore frigefaciente. Quòd ergò actio Dei, ut causa universalis est, determinata & limitata est, acceptum ferendum est causæ particulari, cum quâ concurrit. De quibus vid. Mendoza *Disp. Phys. X. sect. 3. & 4.*

Octavô, causa est vel *SUBORDINATA*, vel *NON-SUBORDINATA.* Causa *subordinata* iterum est vel *essentialiter*, vel *accidentaliter subordinata.* Causæ *essentialiter subordinatæ* sunt *duæ vel plures causæ ejusdem generis, quarum una ex sua natura dependet ab alia in causando.* *Accidentaliter subordinatæ causæ* sunt *duæ vel plures causæ ejusdem generis, quarum una certâ ratione dependet ab altera, sed non in causando.* Contrà verò *non subordinatæ causæ sunt, quando nulla adest alterius ab altera dependentia.* De quibus omnibus dedimus exempla *in Tabella.*

Notamus verò, posse non-subordinatam esse *coordinatam*, ut duas causas partiales, quæ pari influxu influunt in effectum. Quædam autem causæ non sunt *coordinatæ*, ut quando diversi excipiunt dicta Professoris, aut quando pictor pingit, & faber facit clavum, ubi nulla est coordinatio. Quæres est nullius difficultatis.

TABULA XII.
DE NECESSARIO.

NECESSARIUM τὸ ἀναγκαῖον in genere est τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν, *quòd aliter se habere non potest*, ex *V. Met. c. 5.* Distinguitur autem variè: I. Necessariũ est vel *COMPLEXUM*, vel *INCOMPLEXUM.* Solent enim Autores necessitatem constituere, non tantùm in *rerum connexione & enunciationibus* ac *enunciabilibus*, h. e. *objectis enunciationum.* Verùm quoque necessitatem tribuunt *incomplexis.* Quô pactô dicunt, *Deum esse necessarium.* Verùm posset hîc non immeritò dubitari, *an necessitas rectè tribuatur incomplexis.* Nescio sanè, an rectè loquamur, *Deus est necessarius*, absolute & sine appositô. Dicas quidem, *an non Deus est necessarius*, quia non potest non esse? Sed *Bl.* hinc sequitur tantùm hoc, quòd *Deũ esse sit necessarium.* Jam autem *Deum esse* est *complexum.* Existentia enim connectitur cum Deo. Sed hæc tantùm hôc locô dubitandi gratiâ sint monita.

II. Necessarium aliquod dicitur vel *SIMPLICITER*, vel *SECUNDUM QUID.* Aut, dicitur aliquid necessarium vel *NECESSITATE ABSOLUTA*, vel *NECESSITATE NATURÆ.* Necessarium *necessitate absoluta* dicimus, *quod nullius causa intuitu potest non esse, aut aliter se habere*, quia nulla causa est, quæ possit facere, ut se aliter habeat. Necessarium autem *necessitate naturæ* est, *quando absolutè loquendo datur causa, quæ possit facere, ut aliter se habere possit, nulla tamen est causa naturalis.* Sic e. g. *Solem moveri*, est *necessarium necessitate naturæ*; quia nulla causa naturalis est, quæ facere potest, ut non moveatur Sol. Interim tamen est causa alia, Supremus scilicet DEUS, qui facere potest, ut non moveatur. Sed *hominem esse animal, bis duo esse quatuor*, sunt *necessaria absolutè*, quia per nullam causam fieri potest, ut aliter se habeant.

III. Necessarium quoddam est, quod *nullam suæ necessitatis causam habet*; Quoddam quod *aliquam suæ necessitatis causam habet.* Quod posterius varium est, & quidem (*1.*) vel *ratione materiæ.* Sic laterna necessariô transmittit lumen necessitate materiæ. Cujus quidam causam hanc putabant, quòd lumen sit corpus subtilissimum, vitrum autem vel etiam cornu habeat poros quosdam. Unde dicebant fieri, quòd subtilissimum corpus transeatur per majores poros vitri vel cornu. Quæ res quidem ita se non habet, scilicet vitrum lumen non transmittit ideò, quòd poros habet; sed illud fit propterea, quòd est διαφανὲς, & hæc est ejus natura seu proprietas. Aristoteles autem causam istam adducit ex

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [157] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [158] - -

ex sententiâ veterum, quia exemplorum non requiritur veritas. (2.) Necessarium aliquid est *ratione formæ*. Sic animal est animatum necessitate formæ, quia constat ex animâ, quæ est forma. Sic homo est rationalis necessitate formæ, quia constat ex animâ rationali, quæ est forma. (3.) Est aliquid necessarium *ratione causæ efficientis*, quod suæ scil. necessitatis causam agnoscit efficientem. Et hæc necessitas ex causâ efficiente pulchrè ab Aristotele describitur *V. Metaph. c.* 5. quæ ibi videri potest. (4.) Est etiam aliquid necessarium *ratione causæ finalis*, seu *ex hypothesi* specialiter sic dicta ab Aristotele. Nam aliàs etiâ necessitatem ratione materiæ vocat necessitatem ex hypothesi, sed hîc specialiter necessitas ex hypothesi est ea necessitas, quam imponit causa finalis. Nimirùm quando aliquem finem propositum habemus, & illum volumus consequi, tunc ut illius participes fiamus, vel unum vel plura sunt necessaria, & hæc est necessitas, quam imponit finis. Sic e. g. Studiosus habet finem, ut evadat vir doctus. Si jam ille velit noctesq; diesq; otiari, dormire, ludere, &c. nõ consequitur finem, sed necesse habet, ut incumbat literis. Literis incumbere contingens quidem est, sed respectu illius finis est necessarium. Et hæc dicitur *necessitas adesse*. Datur etiam necessitas ratione finis *ad benè esse*, vel benè consequi finẽ, quæ vocatur *necessitas expedientiæ*. Ut quando e. g. aliquis sitit, finis ejus est, sedare sitim. Et cerevisia quidem absolutè non est necessaria, quia sine illâ etiam sitim sedare possumus, est tamen necessaria ad benè esse, Jucundiùs enim cerevisia sedat sitim, quàm aqua.

Hic antequam ad alia abeamus, unam & alteram regulam proponimus observandam, quarum prima hæc est; *Sine quô aliquid obtineri non potest, illud ad ipsum obtinendum est necessarium*. Et vice versâ, *quicquid non est necessarium ad aliquid obtinendum, sine eo id obtineri potest*. Altera hæc est: *A necessitate ad causalitatem non valet consequentia*, h. e. ex eô, quod statuitur aliquid esse necessarium ad aliquid consequendum, non potest colligi, illud esse causam ejus. Harum regularum usus est non vulgaris.

Sequitur nunc IV. distinctio in *necessitatem CONSEQVENTIÆ & CONSEQVENTIS*, Cujus utriusq; in Tabulâ nostrâ dedimus descriptionem. Necessitas verò consequentiæ jam etiam rectè explicatur, si dicamus: *Necessitas consequentiæ est, antecedens non posse esse verum sine veritate consequentis*, sive, *nisi & consequens sit verum*. Aut sic: *Necessitas consequentiæ aut necessaria consequentia est, contradictorium consequentis non posse consistere cum antecedente*; sive, *quicquid repugnat consequenti, repugnare etiam antecedenti*.

Tandem V. necessitas est vel *ABSOLUTA*, vel *EX HYPOTHESI*. Est autem *necessitas absoluta, seu necessarium necessitate absoluta, cujus appositum implicat contradictionem*. V. g. DEUM esse justum, est necessarium absolutè, quia ejus contrarium, DEUM esse injustum, implicat contradictionem. Hominem constare animâ rationali est absolutè necessarium. Ejus enim oppositum implicat contradictionem, nempe hominem non constare animâ rationali. Necessarium verò *ex hypothesi non excludit contingentia*, quemadmodum excludit necessarium absolutè, (Nullum enim necessarium absolutè est contingens) sed potest stare cum contingenti. Describitur enim, quòd sit *aliquid in se quidem contingens, posito tamen aliquo, non potest non esse, sive non potest aliter se habere*. Sed cum hæc difficultatis parum habeant, pergimus ad *Tabellam sequentem*.

TABULA XIII.

DE CONTINGENTI.

QUod Necessario opponitur, dicitur *CONTINGENS*. Quemadmodum ergò necessarium est id, *quod non potest aliter se habere*: Ita *contingens* est *id, quod potest aliter se habere*.

Ubi tamen sciendum, contingens sumi bifariam. 1. *Latiùs*. Et sic omne, *quod non est impossibile*, dicitur contingens. Atq; ita contingens quoq; complectitur necessarium. Dicitur enim hôc modô contingens id, quod non est impossibile, sive sit necessarium, sive non sit necessarium. Sic hominem esse animal, est necessarium, potest tamen in hâc lata significatione etiam dici contingens, quia non est impossibile. 2. Sumitur contingens *strictè*, & definitur 1. *prior. cap.* 12. vel secundùm Pacium *c.* 13. quòd sit ὃ μὴ ὄντος ἀναγκαίου, παθόντος δὲ ὑπάρχειν, δὲν ἔσται διὰ τὸ δύνασθαι. hoc est, *quod cum non sit necessarium, si ponatur esse, nihil inde sequitur impossibile*. Et sic in hâc strictiori acceptione contingens non tantùm opponitur *impossibili*, sed & *necessario*.

Potest autem *contingens propriè dictum* iterum distingui. Vel enim dicitur contingens id, *quod est, & potest non esse*; vel *quod non est, & potest esse*. Idem tria statuuntur contingentis genera vel gradus. Dicitur enim aliquid contingens. 1. *æqualiter*. 2. *utplurimùm*. 3. *rarò*. Primum *est, quod pendet ab hominum arbitrio*. Secundum, *quod plerumq; contingit, & non quidem semper, sed ferè semper*. v. g. hominem nasci quinque digitis, non semper quidem fit, (nascuntur enim homines duobus, quatuor vel sex digitis,) fit tamen plerumq;. Sic etiam est

contingens plurimùm, eum, qui malè vixit, malè mori. Tertium autem, *rarò contingens*, ut intelligatur, notamus ex Zabarellâ, quod duobus modis aliquid fiat rarò. 1. *Ratione temporis tantùm, & non ratione causæ.* Quod scil. rarò existit, positâ tamen ejus causâ semper inest. Ut rarò deliquiũ competit lunæ, competit tamen ipsi, quandocunq; inter ipsam & solem diametraliter opposita terra collocatur, à quâ interpositione deliquium illud provenit. Et quod sic rarum est, inter necessaria, non contingentia numerandum est. 2. *Ratione temporis & causæ simul*, quod scil. positâ causâ rarum quoque est. Sicut rarò fit, ut fodiens vineam inveniat thesaurum. Et hoc est (secundùm ipsum & alios) quod dicitur rarò contingens. Exempli quoque locô addunt tegulam, quæ de tectô cadens vulnerat prætereuntem. Nã positô etiam illô lapsu tegulæ, rarò homo vulneratur. Est ergò & illud quid rarò contingens. Quæ ita, ut dixi, Zabarella ac multi alii. Verùm nescio, an omnia firmô satis stent talô. Nam positô concursu descensus tegulæ, & prætereuntis vel hominis, vel bruti, semper fit vulneratio vel læsio. Quemadmodũ & positâ fossione, & constitutô in terrâ, quæ fodiendô aperitur, thesaurô, semper in conspectum venit (si interdiu fodiatur) thesaurus. Si igitur propterea, quòd positâ causâ eclipseos, eclipsis rarò tantùm fit ratione temporis, nec in contingentibus numeratur, sequitur & læsionem prætereuntis à tegulâ fieri raro, nempe quoad tempus, & non contingenter. An igitur aliter, & quidem hôc modô câ de re philosophandum est, ut dicamus, esse eclipsin in iis, quæ necessariò fiunt, non quia positâ causâ, vel positis causis ejus ipsa ponatur, sed quia positâ causâ, vel positis causis ejus, & ipsa venit secundùm ordinem naturæ, & in eô est determinata, ut aliter sese habere non possit. Motus enim solis & lunæ ita definiti sunt, ut non possint non certô tempore è regione sibi opponi. Quod cùm fit, non potest non terra interjecta lunam privare lumine solari. Unde fit, ut prædictiones Mathematicorũ de futuris eclipsibus sint prorsus certæ & infallibiles. Hôc modô verô comparatus non est concursus tegulæ decidentis & animalis prætereuntis. Non enim hic certus & determinatus est, ut secundùm ordinẽ in naturâ definitũ fiat, nec ab ullô præsciri potest. Et inde habet læsio, quòd & ipsa contingens sit, nec prædici possit. Et fortassis hoc vult Zabarella, qui expressè loquitur *de causâ certâ & definitâ*. Vide ipsum *l. II. de propos. necess. cap. 16.*

TABULA XIV.

DE UNO.


IN voce hâc latet quædam ambiguitas. Accipitur enim 1. pro *affectione entis*, prout omne ens est unum, & consistit in negatione divisionis. 2. *Quatenus importat negationem multitudinis in rerum naturâ*, estq; idem ac *unicum* seu *unum tantùm*. V. g. quando dico, DEUS est unus, i. e. unicus. Sic Sol est unus seu unicus, quia non sunt multi Soles in rerum naturâ, sed ille tantùm, quem quotidiè cernimus. 3. *Pro totô & perfectô in suô genere.* Quæ quidem acceptio non est ita usitata, habemus tamen illam apud Aristotelem *X. Met. cap. 1.*

Ex his tribus acceptionibus *unius*, prima tantùm est hujus loci, nempe quando unum accipitur, ut est *adfectio Entis*.

Variè autem definitur passim in libellis Metaphysicis *UNUM*. Illa est optima definitio, quam habet Aristoteles *V. Met. c. 6.* dicens: *Unum est ens indivisum.* Malè nonnulli addunt: *divisum ab aliô*, hôc modô: *Unum est indivisum in se, & divisum à quôlibet aliô.* Sunt enim hæc superflua, quia reliqua verba, nempe *unum est, quod est indivisum in se*, sufficienter exponunt, quid sit unum. Quandocunque enim aliquid concipitur ut indivisum, concipitur ut unum, & non necesse est, ut concipiatur simul tanquàm divisum à quôlibet aliô. Formalis ergò ratio unitatis consistit in *negatione divisionis*, seu *in indivisione*.

Quæri hîc solet, *an indivisio sit privatio, an pura negatio?* vel *an sit privativa negatio, an verò absoluta?* Autores docent, habere se illam per motum privationis. Nos dicimus eorum, quæ indivisa sunt, esse aliquam diversitatem. Quædam enim ita sunt indivisa, *ut ne quidem dividi possint.* Qualia sunt simplicia, quatenus simplicia sunt, ut DEUS. Quædam autem sunt ita indivisa, *ut sint capacia divisionis*, cujusmodi sunt composita, ut v. g. aliquod continuum. Linea enim est unũ, & sic indivisum, potest tamen dividi. Sic etiam homo licet divisus non sit, est tamen capax divisionis. Hinc dicimus, quòd in rebus simplicibus indivisio non possit esse privatio, vel se habere per modum privationis, quia scil. cuicunq; tribuitur privatio, illud debet esse capax habitus, sive ejus, cujus est privatio. Ut cœcitas est privatio, quæ nulli potest tribui, nisi sit capax visus. Lapis enim v. g. non potest dici cœcus, quia non est capax visus. Jam verò res simplices non sunt capaces divisionis, cujus indivisio est negatio. E. indivisio, ut rebus simpliciter tribuitur, non est privatio. In rebus autem compositis concedimus, indivisionem esse privationem. Illæ enim sunt capaces divisionis.

Sequun-



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [161] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [162] - -

Sequuntur jam divisiones *UNIUS*. Aristoteles *V. Met. c. 6.* facit duplex unum, *Unum per accidens*, & *unum per se*. *Unum per accidens* quid sit, Aristoteles non definit, sed exponit rem per exempla, & dicit unũ per accidens esse 1. *quando conjungitur subjectum & accidens*. 2. *duo accidentia eidem subjecto inhærentia*. Quæ adeò magni momenti non sunt.

Unum per se est duplex, vel *propriè unum*, vel *impropriè*. *Propriè unum per se* sunt, *quorum substantia una* est. Et hoc unum non est ejusdem generis. Sed est 1. unum *continuitate*, seu *unum continuum*. Ubi notandum, quòd alia dicantur *magis continua*, alia *minùs*. *Magis continua* sunt, quæ sunt *continua naturâ*. *Minus continua* sunt, quæ sunt *continua arte*. Naturâ continuum est v. g. baculus, lapis, aurum, argentum, brachium. Arte continua sunt v. g. mensa ex pluribus tabulis confecta.

Refert Aristoteles inter ea, quæ sunt arte continua, etiam *fascem* vel *fasciculum*, qui est continuus vinculò vel ligamentò. Sed hîc, ut & sæpè in adducendis exemplis, Aristoteles non ita accuratè agit, siquidem exemplorum non requiritur veritas. Nam non videtur, quòd fasciculus sit continuus. Virgæ enim in fasce non sunt continuæ, sed tantùm contiguæ. Quamvis aliquò modo fasciculus possit dici continuus, np. ratione vinculi. Ad essentiam fascis pertinet, quòd vinculò partes sint conjunctæ. Habet igitur se vinculum illud ut forma. Quòd quia est aliquid continuum, ratione fascis potest referri ad continuum.

II. *Unum per se propriè* dicitur *unum subjectò*, vel *materiâ indifferenti formâ sensibili*, sive quæ non constat diversis formis sensibilibus, h. e. quando inter formas non est sensibile discrimen. Materia a. est vel *prima* s. *proxima*, vel *ultima* s. *remota*. Hinc unum aliquid dicitur (1.) *subjecto* s. *materia prima* vel *proxima*, uti plures fluvii unum sunt, quia materia fluviorum proxima est aqua, & illæ aquæ sunt indifferentes formâ sensibili. Non enim aqua hujus fluvii, & aqua alterius fluvii habent diversas formas sensibiles (2.) Aliqua sunt *unum subjectò* s. *materiâ remotâ*, aut *subjecto ultimo*, quò modò vinũ & oleum sunt unum, quia scil. materia vini & olei remotâ sensibilis sunt aqua & aër. At lapis & oleum ne materiâ quidem remotâ sensibili unum sunt, quia materia remota & subjectũ primum lapidis est terra, sed olei est aqua & aër.

III. *Unum per se* dicuntur *analogia*, quandò scilicet sicut se habet unum ad alterum, ita se habet aliud ad aliud. Unde quatuor termini ad omnem analogiam requiruntur.

Fabius *analogiam* à *simili* non separat. Sed contra hunc disputat Vossius in *Institut. Orator.* dicens, quòd non omnis similitudo sit eadẽ cum analogiâ. Ostendit autem duplicem esse similitudinem, unam *simplicem* & *propriè sic dictam*, ad quam sufficiunt duo, & quæ est inter duo. Qualis est e. g. inter hominem vivum & pictum. Sic & duo ova dicuntur similia. Altera est similitudo *geminata*. Quo modo analogia, quia quatuor requirit terminos, dici potest *similitudo*, sed *geminata*. Est enim *similitudo duplex*. Nos autem quando distinguimus analogiam à similitudine, intelligimus similitudinem simplicem & propriè sic dictam.

IV. Unum per se propriè dicitur etiam *unum genere*. Ut autem genus est vel *generalissimum*, vel *subalternum*, & hoc iterum vel *proximum*, vel *remotum*: Ita quoq; ea, quæ genere unum sunt, habent diversitatem. Quædam enim sunt *unum tantùm genere generalissimo*, ut quæ collocantur in eodem prædicamento. Ut e. g. angelus, homo ac equus, sunt unum genere generalissimo, quia in eodem collocantur prædicamento. H. m. non sunt unũ homò & scientia, quia homo pertinet ad prædicamentum substantiæ, scientia a. ad prædicamentum Qualitatis. Quædam autem sunt *unum non genere generalissimo tantùm, sed & subalterno*, ut homo & planta. Et hoc iterũ fit bifariam: Quædam enim unum sunt *genere subalterno remoto*, ut homo & planta, quorum est unũ genus, sed remotum, nempe corpus animatum. Quædam autem sunt unum *genere proximo*, quia habent unum genus proximum, v. g. album & nigrum, quorum genus proximum est color. Et quæ sic unum sunt, nempe genere proximo, illa sunt maximè unum genere.

V. Porrò quædam sunt *unum specie*. Et sic unum dicuntur, *quorum definitio non est divisibilis in aliam definitionem*. Ubi nota, quòd quando hîc mentio fit speciei, & dicitur, quòd quædam unum sint specie, intelligenda sit *species specialissima*. Nam quæ sunt unum specie subalternâ, pertinent ad ea, quæ sunt unum genere subalterno.

VI. Tandem *unum per se*, & quidem *propriè*, dicuntur etiam quæ sunt *unum numero*. Et unum hoc modo dicuntur illa, *quæ ita sunt unum; ut eorum ratio quidditativa sit indivisibilis, & nec tempore, nec loco, nec ratione separari possit*.

Aristoteles vocat ea, quæ numero unum sunt, etiam *unum omninò*. Sed hæc non semper idem sunt, *esse unum numero*, & *esse unum omninò*. Notandum igitur, quòd quæ Aristoteles *omninò unum esse* dicit, *sint quidem etiam numerò unum*, sed *non omnia, quæ sunt unum numerò, hîc comprehenduntur*. Quia Aristoteles *I. Topic. cap. 7.* tribus modis dicit esse aliqua unum numero. 1. *Maximè propriè*, aut *primùm unum*, ut indumentum & vestimentum. Et hæc sunt illa, de quibus Aristoteles dicit, quòd sint *omninò unum*. 2. Dicit unum numero, cùm *unum est subjectum, alterum ejus proprium*: uti e. g. homo & scientiæ capax sunt unũ numero. 3. Cum *duo accidentia eadem sunt*, ut Socrates & Musicus: Item quando Socrates sedet, ibi idẽ est, quando dico: *voca illum Musicum, illum sedentem, illum*

Socratem, quia ille Musicus, ille sedens, ille Socrates sunt unũ numerô, est enim idem homo. Hæc non comprehenduntur sub *uno omninò*, quod hîc Aristoteles explicat, quia quæ sunt unum numerô, ratione proprii aut accidntium, sunt quidem indivisibilia locô aut tempore, sed non ratione.

Atq; hactenus vidimus, quæ sint *unum per se*, & quidem *propriè*, nempe *quorum substantia eadem est*. Sequuntur nunc ea, quæ *unum* dicuntur *impropriè*. Nempe unum impropriè sunt 1. *quæ unum faciunt*, ut si plures eandem domum extruunt, sunt unum, quia unum faciunt. 2. *quæ unum patiuntur*. Sic febricitantes eâdem febri sunt unum. Sic Christiani, qui propter Nominis Christi professionem à Tyrannis affliguntur, sunt unum, quia unum patiuntur. 3 *qui habent unum*. Ut si plures habeant eandem domum vel agrum, veluti hæredes, quorum bona adhuc indivisa. Sic in polygamiâ plures fœminæ sunt unum, quia habent unum virum 4. *quæ ad unum comparantur*. Ut e.g. habuit Aristoteles duos discipulos, Eudemum & Theophrastum, si jam quis dicat, eos esse unum, quia uterque similis Aristoteli, intelligendum est de unô impropriè.

Sequitur nunc paucis de *oppositô unius*, quod est *multum* vel *multa*. Multa autẽ sunt *quæ actu sunt divisa*. Sic duo homines sunt multi & quidem numerô, quia numerô sunt divisi, nõ a specie, quia habent eandem specie essentiam. Et hoc est, quod Aristoteles *V. Met. c. 6.* inquit: *Universa ea, quæ divisionem non habent, quatenus non habent, eatenus unum dicuntur*. Potest ergò aliquid diversâ ratione esse unum & multum.

Dicitur autem *multum* tôt modis, quot dicitur unum. Et quidem unum aliquod habuimo suprà *continuitate*. E contrario igitur *multa continuitate* sunt, *quæ non sunt continuæ, sed discreta*, ut duæ chartæ sunt multæ continuitate, quia non sunt continuæ, sed discretæ. Deinde quia suprà unum aliquod erat *subjecto indifferente formâ sensibili*: Ita & *multa* dicuntur *subjectô*, quæ nimirum *differunt materiâ sensibili proximâ* vel *remotâ*. Sic multa sunt lapis & vinum materiâ remotâ, quia vini remota materia est aër & aqua, lapidis verò materia est terra. Quædam sunt multa quoq; *numerô*, ut Petrus & Paulus. Quædam *numerô & specie* sunt multa, ut equus & homo. Quædam *non numerô solùm & specie, sed & genere* multa sunt, ut homo & scientia. Quædam etiam sunt multa *analogia, inter quæ non est proportio*. Et tantum de hâc Tabulâ.

TABULA XV.

DE ENTE PER SE ET PER ACCIDENS.

EXposuimus præcedente Tabulâ, quid sit *unum in sua latitudine, & quot dentur ejus genera*. Ratione unitatis nunc ens est vel *PER SE* vel *PER ACCIDENS*. Sicut enim unum est vel per se unum, vel per accidens: Ita & ens.

Evolvendæ autem αὐτοψίας ergò addidimus in Tabulâ, *quot modis aliquid per se & per accidens dicatur*, quæ aliâ hujus loci non sunt. Et quia de reliquis alibi prolixè egimus, imprimis contra Zabarellam, qui omnes hos modos putat esse modos prædicandi, ideò brevitati studẽtes eos nunc mittimus, & solùm de illô agimus, qui (ut loquuntur vulgò) facit ad nostram Helenam. Est a. quartus & ultimus, quando aliquid dicitur *per se ratione unitatis*. Hunc enim in præsenti attendimus, quando ens per se & per accidens volumus considerare.

Hanc doctrinam a. in præsenti nostrâ Tabellâ distinctè proposuimus, & ut de eâ philosophatur non solùm Aristoteles, sed & Suarez, licet quoad rem nulla inter has sententias sit contrarietas aut oppositio. Aristotelis doctrina ex verbis satis clara est. Suarezii doctrina jam explicatu videtur nobis necessaria. Secundùm hanc enim *ens per se est, quod comprehendit præcisè ea, quæ ad essentiam, integritatem vel complementum talis entis in suo genere, per se & intrinsecè requiruntur*. Contrà *ens per accidens* eidem Deest, *quod importat aliquid, quod nec ad essentiã, nec ad integritatem, nec ad complementũ talis entis in suo genere per se & intrinsecè requiritur*. Dicit Suarez 1. Ens *per se* est, quod *habet ea, quæ ad essentiam, integritatem vel complementũ talis entis in suo genere per se & intrinsecè requiruntur*. Ens verò *per accidens* est, quod *importat aliquid, quod nec ad essentiam, nec ad integritatẽ, nec ad complementũ talis entis in suo genere per se & intrinsecè requiritur*. Rem exemplis declaro: *Homo* est *ens per se*, licet constet *ex materia & forma*, quia tùm corpus, tanquâ materia, tùm anima, tanquam forma pertinet ad ejus essentiam. Constat etiã homo *capite, thorace, ventre*, &c. nec tamẽ eatenus dici potest ens per accidens, quia hæc pertinent ad hominis integritatẽ, & sine principalioribus partibus planè nõ est homo, ut sine capite, corde, &c. Sine partibus verò minus principalibus, v.g. sine manu, brachiô, oculô, aut pede, manet quidẽ homo, sed non integer homo. Idẽ homo quatenus est *persona*, constat ex *natura & hypostasi*, ex quibus fit unum suppositum, & pertinent illa duo ad complementum substantiæ hominis. Dicitur autem 2. quod habet ea, quæ in *suo genere* requiruntur ad essentiam, integritatem vel complementum talis entis. Accidens enim etiam complet substantiam, & dat ei perfectionem, e. g. doctrina homini;

sed

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [165] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [166] - -

sed in genere diversô. Est enim ipsa qualitas aliqua, non autem pertinet ad genus substantiæ. Unde homo doctus nô fit ens per se, sed ens per accidens. Dicitur etiam 3. *intrinsecè*. Causa n. efficiens ac finalis etiam faciunt ad essentiam rei, & dant esse ad integritatem rei, ut e. g. artifex dat domui complementũ & integritatem; sed ex domo & ârtifice non fit ens per se, quia artifex est extra domum, ad ens autem per se constituendum, (siquidẽ illud à causis constituitur) requiritur, ut causa sit intrinseca. Dicitur 4. *præcisè*, quia quod habet quidẽ complementum, non tamen habet præcisè ea, sed alia præter ea, quæ faciunt ad complementũ, illud est ens per accidens. Ut e. g. homo doctus habet partes essentiales & integrales, habet etiam complementũ, sed non habet hæc præcisè, sed & alia quoq;. Includit n. aliquid, quod non pertinet ad ejus essentiam & complementũ in suô genere & intrinsecè, quia eruditio est extra hominem & in aliô genere. Ex quibus ita satis patere puto, quæ sint *entia per se*, & *entia per accidens secundùm sententiam Suarezii*.

Sequitur jam ut speciâliùs enumeremus entia tùm per se, tùm per accidens. *Entia per se* sunt tùm *substantiæ*, tùm *accidentia*. *Substantiæ* autem sunt vel *incompletæ*, vel *completæ*; hæq; rursus vel *simplices* vel *compositæ*. Quantum ad substantias completas, puto omnes fateri, quòd sint entia per se. Sunt nihilominùs etiam substantiæ incompletæ entia per se. Sunt autẽ substantiæ incompletæ, quæ suâ naturâ ordinantur ad compositionẽ entis unius naturæ. Quales e. g. est anima hominis, quæ suâ naturâ ordinata est ad componendũ hominem, & hanc ordinationem si aufers, nõ datur anima. Sic & caput, manus & partes corporis aliæ, sunt suâ naturâ ordinatæ ad componendum aliquod tertium. Deindè *accidentia*, quæ etiam diximus esse entia per se, sunt vel *simplicia*, & sunt accidẽtia substantiarum simplicium, nullam habentia extensionem, quia eorum subjecta nullam hâbent extensionem, ut e. g. sanctitas angelorum, & scientiæ animæ rationalis; quamvis de hâc possit disputari. Vel *composita*, & quidem vel *per extensionem*, vel *per intensionem*.

Explicabimus hîc statim, quid sit *intensio* & *remissio*, quid item *extensio* & *diminutio*, quid *gradus formæ*, quid *latitudo formæ* & *quotuplex?* Quæ scilicet cùm ad ea, quæ jam diximus, tùm quæ *Tabula sequenti* & vel *XVI.* seqvuntur, intelligenda inserviunt. Igitur *intensio* est *motus, quo forma crescit & fit major secundum eandem partem subjecti*. Ei opposita est *remissio*, *quæ est motus, quô forma decrescit seu minor fit secundùm eandem subjecti partem*. Ab intensione & remissione distinguuntur *extensio* & *diminutio*. Illa est, *qua forma crescit & fit major, quòd per plures partes subjecti dilatetur. Diminutio* ei opposita, est *motus, quô forma decrescit & minor fit, quòd pauciores partes subjecti occupare incipiat*. Declaremus rẽ hôc exemplô: Accensô igne in fornace, quatenus primò incalescunt partes aëris fornaci proximæ, & postmodùm successivè calor quasi progreditur ad partes remotiores, dicitur *extensio caloris*. Quatenus verò calor in iisdẽ aëris partibus v. g. proximis fornaci, augetur fortioríq; redditur, cũ anteâ in iisdẽ esset debilior, appellatur *intensio*. Similiter extinctô igne quatenus aër calorem amittit, remotiores quidem partes priùs, propinquiores autem tardiùs, est *diminutio caloris*. Quatenus verò in iisdem partibus, v. g. proximis, calor fit sensim debilior, est *remissio* ejusdem. In intensione continetur *gradus formæ*. Ille est *minimum formæ, quoad intensionem, quod potest actu per se manere in aliquo subjectô*. Deniq; *latitudo formæ* est *quantitas extensionis formæ simul cum quantitate intensionis*. Ut si calor in subjectô aliquô sit intensus & extensus, tota illa ipsius extensio unà cum intensione *latitudo caloris* dicitur. Cùm autem *latitudo formæ* sit duplex, *uniformis* & *difformis*, hæcq; difformis iterum subdividatur, hinc ut doctrina hæc meliùs percipiatur, fingamus quatuor calida: *calidum* A. *calidum* B. *calidum* C. *calidum* D. & in unôquôque designemus quatuor partes.

A	6	6	6	6
B	1	2	3	4
C	1	2	4	8
D	1	2	6	8

Jam itaque *latitudo formæ uniformis* est, *cùm forma per certam quantitatem ita est extensa, ut in singulis ejus partibus æqualiter sit intensa*, quod perspicitur in calidô A. *Latitudo formæ difformis* est, *cùm forma per certam quantitatem ita est extensa, ut in singulis ejus partibus non sit æqualiter intensa*. Et hæc ipsa formæ latitudo iterum vel est *uniformiter difformis*, vel *difformiter difformis*. *Uniformiter difformis* est, *cùm forma non quidem est æqualiter intensa in singulis partibus quantitatis, excessus tamen, quibus forma in unâ parte excedit formam, in alterâ* (aliâ) *sunt æquales*, quod perspicitur in calidô B. *Difformiter difformis* est, *quando sicut in singulis partibus forma non æqualiter intensa, ita neque excessus, quibus forma in unâ parte excedit formam, in alterâ sunt æquales*. Estque iterum duplex: *uniformiter difformiter difformis*, vel *difformiter difformiter difformis*. *Uniformiter difformiter difformis* est, quando licet *nec æqualiter in singulis partibus forma sit intensa, nec excessus, quibus forma in una excedit eam, in altera sint æquales, proportiones tamen excessuum sunt eædem*, quod videre est in calidô C. *Difformiter difformiter difformis* est, *quando sicut nec æqualiter in singulis*

partibus, est intensa forma, nec dicti excessus sunt A *æquales, ita nec proportiones earum sunt eædem*, quemadmodum ostendit calidum D. Videatur de his pluribus Franciscus Toletus in *IV. Phys. cap. 9. quæst. 12.*

Venimus nunc ad qualemcunq; specificationem *entium per accidens*. Quædam n. *ita sunt entia per accidens, ut non habeant realem unionem, sed fortassis se tangant*, & sunt *contigua*. Aut si non sunt contigua, *eò magis sunt divisa*. Et quæ ita sunt entia per accidens, vel *carent ordine*, ut acervus lapidum; vel *habent aliquem ordinem*, ut exercitus. Quædã autem sunt *revera unita*, & quidem 1. *unitate naturali*, qualis unio est inter substantiam & ejus accidentia. Ut si verum est, intellectum & voluntatem esse accidentia, uti Thomistæ volunt, & non substantiam ipsam animæ, ut Occham docet, Ubi si sumo animam & intellectum ejus, vel etiam scientiam in intellectu, & dico, *anima intellectu & scientiâ prædita*, est ens per accidens, & ibi est vera unio, & quidem naturalis. Sic quando idem homo est albus & Musicus, album & Musicum sunt entia per accidens, sed habent veram unionem in subjectô. Et quæ talem unionem habent, pertinent ad Ens per accidens Aristotelis, quando dicit, *ens per accidens esse subjectum & ejus accidens, item duo ejusdem subjecti accidentia*. B

Deinde sunt etiam entia per accidens *per unionem artificialem*, ut e.g. domus, quæ constat ex lapide & lignô, quæ sunt per se entia completa, nec suâ naturâ eò ordinantur, ut domus ex iis fiat, sed sunt ipsa entia, quæ suam habent naturam absque domô. Igitur domus ex iis extructa est ens per accidens.

TABULA XVI.
DE SIMPLICI ET COMPOSITO.

SEquitur alia divisio, quæ competit enti ratione unitatis, nempe quòd ens aliud sit *simplex*, aliud *compositum*. Est enim ens vel *indivisum*, h. e. *actu non divisum, potentiâ tamen se habens ad divisionem*, & tunc nihil aliud est, quàm compositum. Est & ens *indivisibile*, h. e. *quod nec actu est divisum, nec etiam dividi potest*, quod est nihil aliud, quàm *simplex*.

Quantum ad ens *indivisum actu, & tamen divisibile*, notamus duo, *concretum* & *abstractum*. *Concretum* est *compositum*. Intelligimus autem *compositum ex aliquo* vel *aliquibus*, ut etiam in ipsa Tabulâ monuimus. Notandum etiam hoc, quòd *compositum* spectetur in duplici oppositione, 1. *ut opponitur simplici*, de quô hîc agimus. 2. *ut opponitur partibus*, & appellatur *Totum*, de quô *Tabellâ sequente*. Ut compositum simplici opponitur, est oppositio privativa seu negativa. Importat n. negationem simplicis.

Quantum ad *abstractum*, quod est *compositio*, notamus, compositionem hôc locô sumi *pro termino, qui est unionis*, & dicitur *unio*, quæ manet, actione cessante. Distinguimus autem compositionem in *realem* & *rationis*. Compositio *realis* est, *cujus extrema sunt realia, reipsâ distincta*. Compositio *rationis* est, *cujus extrema sunt ratione tantum distincta*. Unde, ut inter aliqua intercedat compositio realis, duo requiruntur: 1. *Ut extrema quæ componuntur, sint realia*. 2. *Ut reipsâ distinguantur, & non ratione*. Sic compositio realis est, quatenus homo componitur ex corpore & animâ. Corpus est aliquid reale, & anima est aliquid reale. Corpus item distinguitur realiter ab animâ, & anima distinguitur à corpore realiter. E. est compositio realis. Sic etiã compositio realis est, quando extruitur domus. Omnes enim partes sunt aliquid reale, & realiter distinguuntur. De compositione rationis res aliter se habet, ubi non requiritur, ut extrema sint entia rationis, sed possunt esse entia realia. Requiritur a. hoc tantùm, *ut extrema non distinguantur realiter, sed solâ ratione*. Sic species componitur ex genere & differentiâ, & multorum est sententia, non distingui realiter, sed solâ ratione. Est ergò hæc compositio ex genere & differentiâ ex horum sententiâ compositio rationis. C D

At revertimur ad compositionem *realem*, quæ est 1 *quando aliquid ex materiâ & formâ tanquam potentia & actu componitur*. Et hæc est vel *ex materia & formâ substantiali*, sicut e. g. homo est compositus; vel *forma accidentali*, quomodo corpus album est compositũ ex corpore & albedine. Et quando aliqua hôc modô componuntur, non fit ex illis unum per se, sed per accidens. 2. Alia compositio realis est *ex partibus integrantibus*, ut palmi ex duobus semipalmis, de quâ agetur *Tab. seq. 3. Ex gradibus per intensionem*, quam ut intelligas, vide *notata ad Tabulam præcedentem*. 4. *Ex essentia & subsistentia*, vel *existentia & subsistentia*. Hæc compositio an sit realis, non possemus jam dicere, si nobis esset ignotum mysterium incarnationis, vel si Filius non assumsisset carnem humanam. Ex hôc enim discimus, differentiam esse inter existentiam & subsistentiam. Nam quia humana natura in Christo est absq; propriâ subsistentiâ, (si enim haberet propriâ subsistentiam, duæ Personæ essent in Christô, quod absurdũ; nihilominus tamen ibi est propriè humana natura) ideò dicimus jam, subsistentiã ab existentiâ differre reipsâ. Quæ sic de *compositô & compositione*. E F

Sequi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [169] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [170] - -

Sequitur nunc, ut paucis etiam de *simplici* loquamur. Est autem simplex id, *quod nec actu est divisum, nec dividi potest.*

Ubi antequàm pergamus, aliquid notamus. Nimirùm *antehac in communicatæ Tabellâ* adjecimus duas divisiones, quibus explicavimus, *quot modis aliquid dicatur esse simplex*, quæ jam videtur mihi in unam posse contrahi, sub divisô scilicet membrô posteriori. Habet ergò (*ut in hac editione novâ emendatum vides*) se res hôc modô. Dicitur aliquid simplex 1. *absolutè, quod prorsus non est compositum*, ut DEUS, & essentia sive natura angeli & animæ rationalis. 2. *Secundùm quid*, seu *certâ ratione*. Et hôc modô iterum bifariàm aliquid dicitur simplex (1.) *respectu certi generis rerum*, quod scilicet non est compositum ex aliquibus sui generis. (2.) *Respectu certi generis compositionis.* Ut autem manifestum fiat, aliud esse, aliquid compositum vel non compositum, atque sic simplex esse *quoad certum genus compositionis*, & aliud, *quoad certum genus rerum*, sive quoad res certi generis, sumemus *propositionem categoricam & conditionalem.* Nullum est genus compositionis, quô una earum composita est, ut eôdem non sit composita & altera. Quemadmodum videmus, utramque constare ex materiâ & formâ, item ex partibus integrantibus, quæ in illâ (Enunciatione categoricâ) sunt subjectum & prædicatum, in hâc autem (conditionali) tùm illæ ipsæ, (intellige subjectum & prædicatum, quæ categoricæ partes integrantes sunt,) cùm aliæ propositiones ex subjectô & prædicatô constantes. Conditionalis igitur composita est ex rebus certi, nempe sui generis, ex aliis scilicet propositionibus. Categorica autem ex aliis propositionibus non constat. Et tantum etiam *de simplici.*

TABULA XVII.
DE TOTO.

De compositô, *ut opponitur simplici*, præcedente Tabellâ egimus. Jam de eô, *ut opponitur partibus*, audiemus. Quô modô sumtum dicitur *TOTUM.*

Totum autem non unô modô accipitur. Prima acceptio ejus est, *ut opponitur partibus.* Aristoteles *V. Metaph. cap. 26.* de totô hæc habet, *Totum est, cujus nulla pars eorum abest, ex quibus natura totum dicitur, & quod ita continet ea, quæ continentur, ut illa sint unum.* Quæ verba omnia simul sumta pro definitione *Totius* ponit Jacobus Martini *in suis Metaphysicis.* Sed melius Fonseca & Alexander docent, his verbis non definiri totum, sed potiùs significari illis duplicem significationem vocis Totius. Agit enim Aristoteles *l. V. cap. 25. & seqq.* non tantùm de totô & partibus, sed etiam de mutilô. Ut ita ipse totum sumat non tantùm *ut opponitur partibus*, sed etiam *ut opponitur mutilo.*

Est ergò *Totum ut opponitur partibus* ex verbis citatis Aristotelis *id, quod continet ea, quæ continentur, ut illa sint unum.* Ubi duo requiruntur ad hoc totum. 1. *Pluralitas*, ut nempe aliquid totum sit, requiruntur plura. 2. *Unitas*, ut illa plura sint unum. Nunquam enim plura sunt totum, nisi fiant unum. Fit autem ex pluribus unum, interventu alicujus unionis, vel alicujus, per quod sunt unum.

Quod totum iterùm varium est: 1. *INTEGRALE*, & est *id, cujus quantitas constituitur quantitate partium.* Totum igitur integrale est aliquid quantum. Unde etiam dicitur *quantitativum*, & constituitur ejus quantitas quantitate partium. V. g. Scipio est totum integrale, & constat ex partibus, quarum quantitate constituitur quantitas ipsius totius. Unde si partem detrahimus, fit minor, si apponimus, major, quia quantitas ejus tantùm constituitur partium quantitate.

Constituitur autem vulgò *totum integrale* duplex: *SIMILARE* & *DISSIMILARE.* Et totum *similare* dicitur, *quando & ipsum & partes omnes ejusdem sunt essentiæ, seu rationis & nominis.* Sicut quando cantharus aquâ repletus est, tunc totum id, quod est in cantharô, est aqua, & quælibet pars ejus est aqua, & dicitur aqua.

Verùm doctrina hæc non caret difficultate. Nam v. g. statua marmorea est totum similare, cùm & ipsa sit marmor, & quælibet ejus pars sit marmor, nec tamen ut totum hoc statua est, ita & quælibet ejus pars statua est, nec omnes partes sunt ejusdem rationis & naturæ. Quædam enim pars statuæ est pes, quædam manus, quædam venter, &c. Jam verò pes non est manus aut venter, nec venter est pes aut manus, &c.

Sed ad hoc dubium respondetur, statuam marmoream esse *totum homogeneum ratione materiæ.* Cùm ejus materia sit marmor, cujus quælibet pars marmor est. Esse autem *totum dissimilare ratione formæ seu figuræ.* Quod inde patet, quòd transpositio partium faciat differentiam in formâ, sicut in textu docuimus. Statua ergò est statua per certam formam, quæ hoc importat, ut sit imago ejus, cujus est statua, sive ut ipsum repræsentet. Non mirum igitur est, nec nomen, nec rationem totius convenire partibus, nec partes, ut sunt partes ejus, ut totius dissimilaris (v. g. caput, brachium, pedem, ventrem, &c.) eandem in se rationem & materiam obtinere.

Totum deinde *dissimilare*, Græcis ἀνωμοιομερὲς dictum, est, *cujus partes diversæ sunt naturæ.* Sic e. g. corpus hominis vel bruti est totum dissimilare, quia non habet partes ejusdem rationis. Alterius enim rationis seu naturæ est caro, alterius

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [171] - 79

rius cutis, alterius ossa, &c. Hujusmodi totum etiam est Ecclesia, ut patet ex *I. Cor. XII.* Nam in Ecclesia, ut alibi Apostolus docet, alii sunt Apostoli, alii Prophetæ, alii qui linguis loqvuntur, alii Diaconi, alii Presbyteri, alii auditores, &c. qui omnes partes sunt diversæ naturæ. Sic & Respublica, item exercitus, sunt tota integralia dissimilaria. Licet enim in exercitu omnes sint homines, quatenus tamen est exercitus, & alius ibi est Dux, alius Capitaneus, alius præfectus turmæ equitum, alius locum tenens, &c. quatenus hæc diversa considerantur officia, dicitur exercitus totum dissimilare.

II. Totum ut opponitur partibus, datur quoq; *ESSENTIALE*. Quod iterum est duplex *Physicum* & *Metaphysicum*. Totum essentiale *physicum* dicitur, *quod constat ex materiâ & formâ*. Et dicitur *physicum* fortassis, quia de materia & forma agit Physicus. Totum essentiale *metaphysicum* dicitur, *quod constat ex genere & differentiâ specificâ*. Dicitur *metaphysicum*, quia agere de genere & differentia est Metaphysici. Sicut Philosophus *IV. Met. c. 2.* expressè habet, quòd primo Philosopho agendum sit de genere & specie. Unde non est, quòd Logici disputent, ubi agendum sit de genere & specie. Nempe absolutè agere de genere & specie est Metaphysici.

III. Totum aliud est *UNIVERSALE*. Sed de totô hôc agetur ex professo in *Tabula XIX.* vel *T.* & in Logicis quoq; explicatur.

V. Totum aliud est *POTESTATIVUM*. Et dicitur sic *id, quod habet plures potentias*, qualis est e.g. anima rationalis respectu intellectus & voluntatis. Nam ut Aristoteles has *potentias animæ* vocat *partes*; ita eôdem modô nos *animam*, quæ habet in se has potentias, vocamus *totum*. Sed de hôc ut prolixi simus, non videtur operæ pretium.

Sequitur jam *totum, ut opponitur mutilo*. *MUTILUM* consideratur dupliciter: (1.) *Ratione subjecti*. (2.) *Ratione partis ablatæ*. *Ratione subjecti* si consideratur mutilum, requiritur 1. *ut illud sit quantum*. Unde genus ablatâ specie non est mutilum. Genus enim hujusmodi est totum, quod non constituitur vel componitur ex suis speciebus, tanquam partibus constituentibus. 2. Requiritur, ut *id, quod remanet, ablatâ parte sit adhuc majus*. Sic quando fornax diruitur, si id quod manet, nempe substerniculû unâ cum nonnullis fidelibus, minus est illô, quod est ablatum, fornax nõ potest dici mutila. 3. *Ut maneat secundùm substantiam*. Sic numerus non mutilatur ablatâ unitate, quia quâvis unitate ablatâ non maneat eadê numeri species. 4. *Ut habeat partes dissimilares, & quarum positio faciat differentiam*. Ut si habeamus e.g. massam auri, & aliquid resecetur, etiamsi quod remanet, majus sit resectô, tamen non dicitur mutilum; quia est totum similare & habet partes similares. 5. *Ut sit continuum*. Et hâc etiã de causâ, si à quaternariô aufers unitatem, non dicitur quaternarius mutilus, quia numeri non sunt continui.

Ratione partis deinde quæ aufertur, sunt etiam quædam observanda requisita, & quidem 1. *ut pars, quæ aufertur, non sit principalis*, quod deduci potest ex tertiâ conditione respectu ipsius mutili. 2. *Ut sit externa, non interna*. Sic exsectô liene homo non dicitur mutilus, quia lien est pars interna; dicitur autem mutilus amputatâ manu, quippe parte externa. 3. *Ut tota ablata non possit renasci*. Unde calvi non sunt mutili. Hæc omnia in Tabula deduxi, & per se clara sunt.


TABULA XVIII.
DE PARTE.

IN hac doctrina, ut diu immoremur, non puto esse adeò opus. Ex præcedente n. Tabula singula nota sunt. Totum namq; & pars sunt relata, & totum non est, quin habeat partes, & nulla pars est, quin ei respondeat totum.

Ut ergò totum aliud esse *integrale*, aliud *essentiale*, aliud *universale*, & aliud *potestativum*, diximus: ita nunc quoq; 1. pars alia est *INTEGRALIS*. Et ut totum integrale descripsimus, quòd sit id, quod constituitur quantitate partium: Sic pars integralis potest describi, quòd sit *id, cujus quantitate quantitas totius constituitur*. V.g. sumamus partes mensæ, quælibet pars ejus integralis constituit sua quantitate aliquam quantitatem totius mensæ. Sic & partiũ quantitate constituitur quantitas animalis.

Deinde pars integralis alia quoq; est *SIMILARIS*, alia *DISSIMILARIS*. Utriusq; descriptiones dedimus olim in Tabula has: *Pars integralis similaris est, cujus omnes partes sunt ejusdem rationis sive naturæ. Ut in animali ossa, caro, cartilago. Dissimilaris est, quæ in partes dissimiles & speciei diversæ dividi potest. Ut oculus & manus*. Sed fateor jam illas descriptiones rem nõ explicare, sed convenire eis, ut unaquæque est totum. Fortassis itaque *pars similaris ut pars* sic debet definiri: *Pars similaris est, quæ est ejusdem naturæ sive rationis cum aliis partibus ejusdem totius*. Et *pars dissimilaris, ut pars*, fortassis definietur sic: *Pars dissimilaris est, quæ non est ejusdem rationis cum aliis partibus ejusdem totius*. Exempla vide in Tabula.

Sciendum autem, *unum idemque posse esse totum & partem*, cùm *diversô respectu*, tùm *eodem respectu*. Et quidem quòd *diversô respectu* possit unum idemq; esse totum & pars, patet. Sed respectu hujus est totum, pars autem respectu illius. Sic oculus e.g. respectu corporis est pars, respectu tunicarum, musculorum & aliarũ partium totum. Potest autem unum idemq; ut di-



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [173] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [174] - -

xi, etiam esse totum & pars *respectu ejusdem*. A Quod forsan alicui videatur contradictorium, ideò, quòd impossibile sit, aliquem esse ejusdem respectu & Patrem & Filium; hîc autem eadē videatur esse ratio. Docet tamen res ipsa, unum idemque ejusdem respectu & totum & partem esse. Nempe agimus hîc de *partibus subjectivis*. Species enim respectu generis est pars. Sed in præcedente Tabulâ diximus, quòd genus etiam sit pars speciei essentialis. Est ergò *genus pars speciei*, & tamen *species* etiam est *pars* B *generis*. Sic quoq; *species* est *totum respectu generis*, quatenus genus est ejus pars metaphysica; & est *pars respectu generis*, dum ei subjicitur. Sic *genus* est *totum respectu speciei*, nempe *totum universale*, est & *pars respectu speciei*, quia est pars, quâ componitur species.

Sed quæris, quomodo hoc possit fieri, *ut unum idemq; respectu ejusdem sit pars & totum?* Resp. Fieri non potest, ut idem sit totum & pars respectu ejusdem *in eôdem genere totius &* C *partis*. Sed *in diversis totius & partis generibus vel acceptionibus* optimè potest fieri. Hoc est impossibile, genus esse partem speciei essentialem, & simul esse totum essentiale respectu speciei. Sic ergò genus est totum respectu speciei, & species est ejus pars, quando est totum universale, & species est ejus pars subjectiva. Species autē est totū essentiale, & genus pars essentialis. Sic aliâs oppositā dicuntur de eôdem in diversâ D acceptione. Et potest e.g idem simul dici videns & cæcus, videns scilicet physicè, cæcus autem spiritualiter.

Porrò pars integralis etiam alia *metitur totum*, alia *non metitur*. *Totum metiri* dicitur *pars illa, quæ repetita adæquat totum*. Adæquare totum dicitur, quando ipsô totô nec majus est nec minus, & à totô nec exceditur, nec totum excedit. Sic unitas repetita omni numero adæquatur. Millies enim repetita millenarium, centies centenarium numerum metitur. Millenarius enim & unitas millies repetita, sunt unus numerus. Necesse autem est, ut *repetatur pars*, quia nulla pars per se sumta, & non repetita potest totū metiri. Nam pars dicitur metiri totum, quando tanta est, quantū est totum. Sed pars semel sumta, & non repetita non potest metiri totum. *Pars non metitur totū* illa, *quæ, quotiescunq; sumatur & repetatur, nunquam fit æqualis toti, sed vel minor manet, vel major totô evadit*. Sic ternarius est pars octonarii, non autem metitur octonarium, quia si ternarium bis sumas, non attingit magnitudinem octonarii, sed adhuc minor est, si autem ter sumatur, tunc excedit octonarium unitate.

II. Deinde pars quædam est *ESSENTIALIS, quæ essentiam unius constituit*. Quæ iterum vel *physica*, ut materia & forma; vel *metaphysica* est ut genus & differentia, de quibus actum in *Tabula præcedente*.

III. Pars quædam est *SUBJECTIVA*. De quâ jam tum aliquid diximus.

IV. Quædam pars est *POTENTIA* seu *FACULTAS* respectu ejus, quod plures habet potentias, & cujus est potentia, quemadmodum Aristoteles potentias animæ vocat ejus partes, ut etiam ex *Tab. præced.* jam patet. Estque sic & tradita doctrina de *Totô* & *Parte*.

TABULA XIX.

DE UNIVERSALI ET SINGULARI.

UNIVERSALE est nomen ὁμώνυμον. Et dicitur de pluribus non in eâdē significatione, sed diversâ. Nam 1. nomen universale tribuitur *complexis*, h.e. propositionibus. De quô quidem universali complexô hîc planè non agimus. 2. Tribuitur *incomplexis*, & sic dicitur aliquid universale esse (1.) *in causando*, & est nihil aliud, quàm causa universalis, de quâ suprà dictum. (2.) *In prædicando*. De hôc potissimùm hîc agitur, & opponitur singulari.

Definitur autem ex *VIIM t. text. 45.* id, *quod multis ineſſe suâ naturâ aptū est*. Vel *quod de pluribus prædicari aptum est*, ut definitur *l. περὶ ἑρμ. c. 7.* Quæ duæ definitiones sibi invicē causæ F sunt. Agitur autem satis de illarum explicatione in Logicis, ut & de universalibus in specie.

Jam igitur his præsuppositis illam diu agitatam quæstionē tantùm explicabimus, nempè quando quæritur: *An universalia sint in rebus ante vel citrà omnem mentis operationem?* Quæ quidem quæstio plurimùm Philosophos exercuit, proque unâ ex difficilimis quæstionibus semper habita fuit.

Est autem communissima & pervagatissima sententia, *universalia non esse in rebus, nisi per operationem sive conceptum intellectus*. Quemadmodum nos eâ, quâ potuimus, perspicuitate E *in Institutionibus nostris Metaphysicis Cap. 34.* breviter exposuimus. Contrariam tamen sententiam, nempe *universalia esse in rebus ante vel citra omnem mentis operationem*, de professô defendit & explicat eruditissimus Johannes Monlorius *peculiari tractatu de universalibus*. Nos etiam pro eâ hîc argumentum quoddam proponere, & ad argumentum in Institutionibus nostris pro contrariâ opinione propositum respondere constituimus.

Ut autem id eò meliùs præstemus, nonnulla præmittimus. Quorum 1. est: ut aliquid sit reverâ & formaliter universale, duo requiruntur, nempe & *ut sit in multis*, & *ut sit in illis unum*. Quod ipse etiam Thomas de Aquinô, princeps defensorum contrariæ sententiæ, *de ente & essentia capit. 4.* testatur, quando ait: *De ratione universalis est un[illegible] communitas.*

Sumitur autem hoc ex Aristotele *I. poster. text. 81.* ubi dicit: *Universale esse unum de multis*, & *unum in pluribus*; cui consentaneum est, quod *I. de part. animal. cap. 4.* ait: *Universale commune est, id enim appello universale, quod in multis inest.* Et *III. Met. text. 14. Singulare exponimus, quod numerò est unum, universale verò, quod in plu.* Et *VII. Metaph. text. 45. Universale est, quod in pluribus natura aptum est esse.* Quanquàm autem in hisce posterioribus tribus locis non faciat mentionem unitatis, quòd scilicet universale unum sit, certum tamen est, verba illorum locorum esse ita accipienda. Omnes enim fatentur, universale, ut in presâ acceptione, cujus meminimus in *præsenti Tabula T.* sumitur, esse synonymum, atque ita commune multis, ut & nomen idem in iis obtineat, & rationem essentiæ secundùm illud nomen unam. Ubi & hoc notandum, de ratione universalis non esse, *ut actu in multis existat.* Est enim Sol universale, nec tamen natura Solis in multis ineſt, cùm tantùm unum sit individuum in rerum naturâ, quod Solem propriè appellamus. Sufficit ergò ad universale, ut *natura aptum sit multis inesse.* Quemadmodum ex. grat. quia naturæ Solis non repugnat multiplicari, sed utique plures Soles esse possunt, ideò natura Solis multis inesse apta est. Atque hinc est, quod, ut paulò antè vidimus, *VII. Met. text. 45.* Aristoteles definiendo universale, non ait: *Universale est id, quod in pluribus est.* Sed dicit *id, quod in pluribus esse natura aptum est.* Quamvis autem, sicuti ex dictis patet, de ratione universalis non sit, actu multis inesse, in plerisque tamen ita comparatum est, ut actu & reverâ multis insit, sicut homo seu humana natura actu & reverâ ineſt in Petrò, in Paulò & in aliis hominibus. Evidens enim est ex iis, quæ attulimus, causam, cur universale aliquod non sit actu in multis, esse eam, quod ejus unum tantùm individuum est in rerum naturâ. Causam contrà, cur actu in multis sit, esse, quòd alicujus speciei specialissimæ plura individua existant.

II. Repetendum ex *Tabula O. vel XIV.* unum formaliter importare *negationem divisionis*, & adducenda verba Aristotelis ex *V. Met. text. 12.* quæ sunt: *Vniversè, quacunque divisionem non habent, qua ratione non habent, eatenus unum sunt.*


III. Afferendum quoque id, quod Aristoteles scribit ejusdem *V. Met. cap. 15.* dicens; *æquale, simile, atque idem, ex unò dicuntur omnia. Namque eadem sunt, quorum una est substantia. Similia, quorum una est qualitas. Æqualia, quorum quantitas una.* Quanquàm autem *similitudo* hôc locò ab Aristotele ad *qualitatem* restringatur, quod etiam fit *VII. Categ.* atque *similia* dicantur, *quorum una est qualitas*; de Categoriâ tamen *substantiæ* etiam usurpatur. Quod vel ex *II. de anima text. 34.* evidens est. Ibi enim Philosophus ait, *unumquodque* (viventium) *aliud sibi simile procreare, animal quidem animal, plantam verò plantam.* Quod profectò intelligendum est de similitudine essentiali, sive eâ, quæ in *substantia* est. Quò pertinet etiam, quod *text. 28. l. VIII. Met.* dicitur; *In quibusdam perspicuum est, tale esse id, quod generat, quale est, quod generatur, non tamen idem, nec unum numerò, sed specie unum, ut in rebus naturalibus, (homo enim generat hominem) nisi quid præter naturam fiat, ut cùm equus generat mulum.* Similia igitur quoque dicuntur ea, quorum una est substantia. Eôdem modò quoque philosophandum est de *eôdem* & *æquali.* Quamvis enim *eadem* illa dicat Aristoteles, *quorum substantia est una, & æqualia, quorum quantitas una*, vox *eadem* tamen etiam ad *qualitates*, & vox *æqualia* ad *substantiam & substantialem perfectionem, & intensionem vel remissionem qualitatum* extenditur, sicut docet Monlorius *Tr. cit. c. 4.* & ex parte etiam Nos *in annotationibus nostris ad prædicamentum quantitatis.*

IV. Notamus, duobus modis fieri, ut unum in multis sit 1. *Ut non multiplicetur in illis, aut multum sit.* Et quod sic est in multis, non est universale, sed singulare: sicut liquet de naturâ divinâ, quæ licet in multis, nempe tribus personis sit, quia tamen in iis non est multiplicata, (non enim in iis sunt multæ naturæ divinæ, sed una numerò) ideò non est universalis, sed singularis. 2. *Ut sit ipsum multa.* Atque ad hunc modum rei universalis est esse in multis, idque ei competit à parte rei, seu citra mentis operationem. Nemine enim cogitante humana natura est in multis individuis, & nemine cogitante est in iis multiplicata, cùm nemine cogitante Petrus, Paulus & Johannes sint multi, nempe tres homines.

Alterum verò, scilicet *unitatem non convenire objecto, quod universale dicitur, à parte rei & citrà mentis operationem*, in *Instit. nostris* hôc argumentò probatum ivimus: *Quicquid citrà mentis operationem in multis est divisum, id citrà mentis operationem in iis non est unum. Sed*, ut audivimus, *universale citrà mentis operationem est divisum in multis. E. universale citrà mentis operationem non est unum in multis.* Ulteriùs: *Quicquid non est unum citrà mentis operationem in multis, non est universale citrà mentis operationem.* Sicut enim, ut aliquid sit universale, requiritur, ut sit unum in multis: Ita, ut sit universale citrà mentis operationem, necesse est, ut sit unum in multis citrà mentis operationem. *Atqui universale non est unum in multis citrà mentis operationem. E. universale non est universale citrà mentis operationem.*

Hisce præmissis argumentum, quod pro confirmandâ sententiâ oppositâ proposituros non esse diximus, ita habet: *Quicquid est unum*

in



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [177] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [178] - -

in multis citrà mentis operationem, eſt univerſale citrà mentis operationem. Quædam qualitas eſt una in multis citrà mentis operationem. E. Quædam qualitas eſt univerſalis in multis citrà mentis operationem. Major patet, quia hæc eſt natura & deſcriptio univerſalis, quòd ſit unum in multis. *Quicquid* ergò *eſt unum in multis, eſt univerſale*, & per conſequens, *Quicquid eſt unum in multis citrà mentis operationem, eſt univerſale citrà mentis operationem. E. &c.* Minor probatur ita: *Omnis qualitas, in quâ multa ſunt ſimilia citrà mentis operationem, eſt una in multis citrà mentis operationem. Sed quædam qualitas eſt qualitas, in qua multa ſunt ſimilia citra mentis operationem. E. quædam qualitas eſt una in multis citrà mentis operationem.* Majoris in hoc ſyllogiſmo veritatem demonſtramus inde, quòd *ſimilia* ſecundùm Ariſtotelem, uti ſuperiùs audivimus, ſunt, *quorum* ſeu *in quibus eſt una qualitas.* Quod cùm diſſentientes quoque admittant, negare non poterunt, *id, in quò multa ſunt ſimilia, eſſe qualitatem unam in multis*, vel *omnem qualitatem, in qua multa ſunt ſimilia, eſſe unam in multis*; & per conſequens, *omnem qualitatem, in qua multa ſunt ſimilia citrà mentis operationem, eſſe unam in multis citra mentis operationem.* Ad probandum Minorem verò afferimus exemplum *albedinis, in quâ omnia alba ſunt ſimilia.* Quòd autem *in eâ ſimilia ſint citra mentis operationem*, res ipſa loquitur. Quis enim dicere audet, albâ nemine cogitante non eſſe ſimilia in albedine? Quod ulterius hinc etiam probatur, quia omnem ſimilitudinem in relationibus realibus, iisque, quæ citrà mentis operationem conſtant, ſimilia quoque in realibus, & ſine mentis operâ conſtantibus relatis numerant.

Idem argumentum poſſumus deinde & applicare *ſubſtantiæ*, nimirùm ita: *Quicquid eſt unum in multis citra mentis operationem, id eſt, univerſale citra mentis operationem. Quædam ſubſtantia eſt una in multis citra mentis operationem. E. quædam ſubſtantia eſt univerſalis citrà mentis operationem.* Major patet, quia hæc eſt natura & deſcriptio univerſalis, quòd ſit unum in multis. Quicquid ergò eſt unum in multis, eſt univerſale, & per conſequens, *quicquid eſt unum in multis citrà mentis operationem, eſt univerſale citra mentis operationem.* Minor probatur ita: *Omnis ſubſtantia, in quâ multa ſunt ſimilia citra mentis operationem, eſt una in multis citra mentis operationem. Sed quædam ſubſtantia eſt ſubſtantia, in quâ multa ſunt ſimilia citrà mentis operationem. E. quædam ſubſtantia eſt una in multis citrà mentis operationem.* Majorem hujus Syllogiſmi demonſtramus ex eò, quòd ſuperiùs tertiò locò præmiſimus, quòd nempe ſimilia ſecundùm Ariſtotelem non tantùm ſint, quorum, vel in quibus una eſt qualitas, ſed illâ etiam, quorum vel in quibus una eſt ſubſtantia. Quòd cùm diſſentientes quoque admittant, negare non poſſunt *id, in quò multa ſunt ſimilia, eſſe qualitatem vel ſubſtantiam unam in multis*, vel *omnem qualitatem aut ſubſtantiam, in quâ multa ſunt ſimilia, eſſe unam in multis*, & per conſequens, *omnem qualitatem vel ſubſtantiam, in quâ multa ſunt ſimilia citra mentis operationem, eſſe unam in multis citrà mentis operationem.* Ad probandam Minorem afferimus *exemplum hominis* vel *humanæ naturæ*, in quâ Petrus, Paulus, & omnia individua humana ſunt ſimilia. Quod autem in iis ſimilia ſint citrà mentis operationem, res ipſa loquitur. Quis enim dicere auſit, Petrum & Paulum, & alia individua humana nemine cogitante non eſſe ſimilia in humanâ naturâ, ſeu in hôc, quod quilibet eorum eſt homo? Quod hinc etiam probatur, quia omnes ſimilitudinem in relationibus realibus, iisque, quæ citra mentis operationem conſtant, ſimilia quoque in realibus & ſine mentis operâ conſtantibus relatis numerant. Quid? quod adverſæ ſententiæ propugnatores univerſalitatem, quam beneficiò intellectus res obtinere ſtatuunt, fundamentum in rebus ante & citrà mentis operationem obtinere: idque fundamentum ſimilitudinis rerum eſſe docent. V. g. quòd de Petrô & Paulô & reliquis individuis humanis formetur conceptus, per quem homo ſit univerſale, & quidem ſpecies ſpecialiſima, propterea fieri, quòd Petrus & Paulus, & omnia individua humana extrà & præter omnem actum intellectus ſint ſimilia in humanâ naturâ.

Supereſt nunc, ut argumentum pro alterâ ſententiâ propoſitum conſideremus. In poſteriori ergò Syllogiſmô negamus propoſitionem Minorem. Quantum ad priorem Syllogiſmum, quô probatur propoſitio illa minor, dicimus, non eſſe inconveniens, *aliquid ſimul eſſe diviſum in multis, & non eſſe diviſum in illis*, ſed *aliâ atque aliâ ratione.* Nam *qua ratione in iis diviſum non eſt, ea eſt unum in illis.* Unde *V. Met. c. 6.* dicitur: *Quæcunq; diviſionem non habent, qua ratione non habent, unum ſunt*, quòd etiam ſuperiùs adduximus. Majorem igitur propoſitionem prioris Syllogiſmi non admittimus ſimpliciter, ſed hôc ſolùm ſenſu: *Quicquid citra mentis operationem diviſum eſt in multis, in iis non eſt unum citra mentis operationem, quatenus citrà mentis operationem in iis diviſum eſt.* Hinc autem concluſio efficitur talis: *Univerſale citra mentis operationem non eſt unum in multis, quatenus citra mentis operationem in iis diviſum eſt.* Quæ quidem concluſio nobis non adverſatur. Neque ſequitur: *Univerſale non eſt unum in multis citra mentis operationem, quatenus in iis eſt diviſum citrà mentis operationem. E. non eſt unum in multis citrà mentis operationem.* Quemadmodum non ſequitur: *Homo non eſt præditus ratione, quatenus eſt animal. E. non eſt præditus ratione.* Jam porrô minorem propoſitionem quod attinet, vera illa eſt hôc modô: *Omne*

universale citrà mentis operationem numerò est divisum in multis, (vel *actu*, cùm multa ejus singularia existunt, vel *potentiâ*, cùm datur unum ejus singulare) sicut homo vel humana natura citrà mentis operationem numerò divisa & multiplicata est in Petrò, Paulò & in reliquis hominibus. Non autem est divisa *essentialiter*, cùm Petrus & Paulus & reliqui homines numerò tantùm differant, & non essentialiter, sitq; una & eadem essentia, (intellige rè animal rationis particeps) quâ Petrus est homo, quâ Paulus est homo, & quâ reliqui omnes sunt homines. Exquò quidem nihil aliud sequitur, quàm *universale*, v. g. hominem aut humanam naturam, *citrà mentis operationem non esse unam numerò in multis*.

Atqui, inquis, *animal* tanquàm universale quoddam *citrà mentis operationem non numero tantùm divisum & multiplicatum est in multis hominibus & brutis, sed quoque essentialiter*. Est enim divisum per differentias essentiales, differuntque homo & brutum essentialiter.

Resp. Ambiguitatem involvi, cùm asseritur, *animal in homine & bruto divisum esse essentialiter*. Est enim jam ille sensus, qui modò indicatus est: *animal est in homine & brutò divisum per differentias essentiales, seu ita, ut homo & brutum differant quoad essentiam*. Jam verò hic: *animal vel natura animalis divisa est in homine & bruto, ita, ut non una eademque sit essentia, quâ homo dicatur animal, & quâ brutum dicatur animal*; quemadmodùm in æquivocis contingit. Non enim unâ essentia aut natura est, quâ fera est lupus, & quâ piscis est lupus. Sed quod significatur nomine lupi, quoad essentiam diversum est in ferâ & pisce. *In posteriori* ergò sensu assertum illud falsum est, *in priori* autem verum quidem, sed nobis non adversum. Cum hoc enim, quod animal in homine & brutò citrà mentis operationem divisum est per differentias essentiales, seu ita, ut homo & brutum differant quoad essentiam, hoc simul consistit, quòd natura animalis citrà mentis operationem in illis una sit, h. e. una sit essentia, per quam homo sit animal, & per quam quodlibet brutum sit animal. Quod enim exprimitur hisce vocibus: *Substantia corporea, animata, sentiens*, est *id, per quod citrà mentis operationem & homo est essentialiter animal, & brutum est essentialiter animal*.

Hactenus satis tùm de hâc quæstione, tùm in genere de universali dictum sit. Paucis nunc videbimus *SINGULARE*. Illud est, *quod de pluribus prædicari nequit*. Est igitur inter universale & singulare apertissima contradictio. Et hinc patet, non dari inter universale & singulare medium, l. περὶ ἑρμ. c. 7.

Sumitur autem singulare vel *absolutè*, vel *respectivè*. Si *absolutè* sumitur, tunc est *id, quod de pluribus prædicari nequit*. Et sic nullum universale est singulare. Quando autem *respectivè* sumitur, tunc etiam aliquid, licet in se sit universale, si tamen comparetur cum universali, singulare dici potest. Quæ omnia per se clara sunt.

TABULA XX
DE EODEM ET DIVERSO.

Ratione unitatis comperit enti etiam *IDEM & DIVERSUM*. Quodlibet enim ens est *idem sibiipsi, cum altero* autem aut est *idem*, aut *diversum*. Dividunt *idem & diversum* omne ens. De utrôque ergò paucis in præsenti agemus.

IDEM sumitur bifariam. 1. *Relativè*. 2. *Negativè*. *Relativè* quidem, quia omne idem est cum aliquò idem.

Sed dicat quis, *idem est etiam idem sibiipsi*, vel *cum seipso*, seu *inter idem tale non est relatio*, quia relatio est inter duo. E. *non omne idem sumi potest relativè*.

Resp. Concedo, inter idem & idem non potest esse relatio *realis*, est tamen nihilominus relatio *rationis*, quatenus *id, quod idem est sumitur bis*. Quando idem sumitur *relativè*, distinguntur ab unò, quatenus hoc unum est absolutum. Est enim aliquid in se indivisum: Res enim cum nullâ aliâ, etiam non seipsâ comparata, est una.

Deinde *negativè* sumtum *idem* dicitur *id, quod non est ab aliquo diversum*. Sic Petrus & Paulus sunt idem specie, quia non sunt diversi specie. Importat autem idem hoc negationem divisionis non in se, sed requirit negationem divisionis *ab alio*, aut etiam *à seipso*.

Dicitur autem aliquid *idem 1. per accidens. 2. per se. Idem per accidens* dicitur tùm in *terminis simplicibus*, tùm *compositis*. Parùm autem hæc differunt ab iis, quæ suprà *de ente per se & per accidens* diximus.

Id notari potest, quòd *terminos simpliciter* hic vocem, quando vel sumo *duo accidentia*, vel *subjectum & accidens*. Ut quando dico: *Musicum & album sunt idem*, vel *hoc Musicum, & hoc album sunt idem*. Quando nimirùm eidem homini accidit, ut sit Musicus & albus. Sunt autem *idem per accidens*, quia sunt *duo accidentia*, quæ eidem subjecto insunt, & quidem sunt *simplicia*, quia tantùm accidens nomino, non subjectum. Quando autè dico *homo & album*, vel *album & homo*, tunc est *idem per accidens*, etiam *in simplicibus*. Primùm enim solum subjectum nomino, deinde solum accidens. In reipsâ parum refert, utrùm præponam vel postponam subjectum, an accidens.

Terminos compositos hîc voco, quando simul exprimo *subjectum cum accidente*. Et sumuntur hæc in compositis, nempe quando simul duo conjunguntur accidentia, vel subjectum & accidens, simul autem postmodùm exprimo subjectum tantùm, aut tantùm accidens. Et tunc

com-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [181] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [162] - -

compositum vel *subjicitur*, ut quando dico, *homo Musicus est homo*. Vel *prædicatur*, ut quando dico, *Musicus est homo Musicus*. Hæc autem omnia non habent adeò magnum usum, ideò ex Aristotele recensuisse sufficiat.

Nunc dicemus de *eodem per se*. Illud dicitur, quod est *idem numero*. Quod iterum tribus modis sic dicitur, ut patet ex Tabula. Desumta autem est hæc distinctio *ex l. Topic. c. 7.* ubi Aristoteles ea, quæ sunt unum numerò, sic distinguit. Averroës ea *numero idem* esse dicit, *quæ numerari non possunt, X. Met. text. 10.* & *numero diversa, quæ faciunt numerum*. 2. Dicitur *idem per se*, quod est *idem specie*. Idem 3. *Genere*, & 4. *Analogia*. De quibus omnibus videatur *Tabula superior XIV. de uno, & sequens XV. de Ente per se & per accidens*.

Et sic jam consideravimus 1. *quomodo idem sumatur* 2. *Quotuplex sit*. Jam sequitur, ut consideremus 3. *quid importet?* Nempe *idem* importat *unitatem plurium*. Nam *V. Met. c. 15.* dicit Aristoteles, quòd *omne idem sit unum*. Importat igitur idem *unitatem plurium*, vel *quando revera sunt plura*, vel *quando non sunt plura, uno tamen ut pluribus utimur*. Quæ ex dicta *doctrina de uno* satis clara sunt.

Sequuntur jam *COGNATA IDENTITATIS*. Aristoteles *V. Met. c. 15.* tria hæc distinguit, *eadem, similia & æqualia*. *Eadem*, dicit, *sunt, quorum est eadem substantia*. *Similia*, dicit, *sunt, quorum, una est qualitas*. Ubi notandum, ut aliqua simpliciter dicantur similia, debere inesse ipsis eandem speciem, & quidem speciem specialissimâ qualitatem, non sunt similia, sed dissimilia. V. g. cygnus & corvus habent eandem genere qualitatem, ille nempe albedinem, hic nigredinem, cujus utriusque genus color est. Sed corvus & cygnus à nemine dicuntur similes, ideò quòd non habeant eandem speciem qualitatem. Porrò *æqualia* (dicit Aristoteles) *sunt, quorum est eadem quantitas*. Ut v. g. duæ lineæ, quarum utraque longa est ulnam unam, dicuntur æquales. Hæc duo posteriora, nempe simile & æquale, dicimus esse *cognata ejusdem*. Ut enim se habet *idem ad substantiam*, sic *simile* se habet *ad qualitatem, æquale ad quantitatem*.

De simili adhuc aliquid monendum. Nempe Aristoteles *V. Metaph.* tradit aliquos modos, quibus aliqua similia dicuntur. *Absolutè* quidem loquendo, *similia* dicuntur, *quorum est eadem qualitas*, sed in specie hoc fit variis modis. Nam dicuntur similia 1. *quæ idem passa sunt*, ut v. g. duo febricitantes dicuntur similes, quia unum patiuntur morbum. 2. *Quæ plura habent eadem, quàm diversa*, & id iterum vel (1) *simpliciter*, vel (2) *quantum ad ea, quæ magis in sensus incurrunt*. Exempla vide in Tabulâ. Et hic est specialis modus similitudinis, quando quædam dicuntur similia, quia ferè omnes qualitates habent easdem, & plura habent eadem, quàm diversa. (3.) Dicuntur similia & ea, *quarum una est qualitas*. Et hoc iterum fit 1. vel *in eodem gradu*, vel 2. *non in eodem gradu*. Ita e. g. charta hæc & charta illa, quia tandem habent albedinem, sunt duo similia. Sed quia in illâ chartâ albedo est extensior, fit ut non eôdem gradu sint similia. Ita ignis & aqua calidissima etiam sunt sibi similes, quia habet eandem qualitatem, nempe calorem. Sed quia ignis habet calorem excellentiorem, quàm aqua, ideò non in eôdem gradu sunt similes. Duo autem ignes habent eandem qualitatem, scilicet calorem, etiam in eôdem gradu, & sic etiam similes sunt quà qualitatem in eôdem gradu. Hactenus *de eodem*.

Sequitur nunc *ejus oppositum, DIVERSUM*. Sumitur autem hæc vox 1. *latè, ut complectitur quoque differentia*. 2. *Strictè, pro iis, quæ à seipsis distinguntur, neque in univocô aliquo conveniunt*. Et quæ sic diversa sunt, ut non conveniant sub unô aliquô univocô, sunt quidem distincta, sed non quæ sub unô quôdam univoco, sub quô conveniunt, distingvuntur, ista sunt propriè diversa. Sic summa genera sunt distincta, sed non sub unô quôdam univoco, sub quo conveniunt. Nam ens non est univocum, sed *πρὸς ἕν*. Contra homo & equus propriè non sunt diversa, sed differentia, quia conveniunt sub uno quodam univoco, nempe animali, & sub hoc distingvuntur suis differentiis. Solent tamen hæc vocabula etiam latiùs accipi, ut differentia dicantur diversa, & diversa differentia.

Ut autem nunc suprà *eadem* dicebantur variis modis, *numero* nempe, *specie*, *genere* & *analogiâ*. Ità oppositum quoque tot dicitur modis, nempe dicuntur *diversa* 1. *numero, ea quæ numerari possunt*. Et differunt vel *tantùm numero*, ita ut non simul habeant diversas essentias, & de his loquitur definitio speciei specialissimæ. Vel *numerô & specie simul* differunt, ut hic homo, & hic equus. 2. Sunt *diversa genere*, & quidem vel *subalterno*, vel *generalissimo*. Et quæ *genere generalissimo diversa* sunt vel differunt, illa *maximè differunt genere*, & quando aliqua genere differre dicuntur, tunc hoc modo plerumque intelligendum est. 3. Etiam *specie diversa* sunt, nempe *quæ habent dissimiles essentias*, ut equus & homo. 4. Denique *analogia, inter quæ ne analogia quidem intercedit*, ut homo & animal.

TABULA XXI.

DE GENERIBUS ET MODIS DISTINCTIONUM.

MAgni momenti est hæc doctrina, & in materiis ac disciplinis ferè omnibus occurrit. Pertinet autem illa ad tractationem unius, tùm quia unitati opponitur multitudo, omnis autem multitudo importat distinctionem quandam, & contrà: tùm, quia ad doctrinam unius pertinet doctrina de eôdem & diversò, ut dictum. Sed omnis distinctio quædam est diversitas.

Statuuntur autem *duo summa distinctionum genera*, nempe distinctio *REALIS*, & distinctio, *RATIONIS*. Scholastici quidem statuunt genus tertium, nempe distinctionem *MODALEM*. Sed quicquid de hôc sit, nos affirmamus, quòd sub his duobus generibus distinctionum; *realis* & *rationis*, possint omnia, quæ distincta sunt, comprehendi. Etenim distinctionem *realem* dicimus eam, *qua aliqua distinguuntur, vel non sunt idem citrà mentis operationem.* Quô modô etiam *distinctio modalis est distinctio realis.* Nam distinctio modalis, ut inferiùs audiemus, est inter hominem qui sedet, & ejus sessionem. Hæc autem sunt distincta citra mentis operationem. Aliud enim est homo, & aliud sessio, quia potest esse homo absque sessione. Sed quæcunque possunt ab se invicem separari, illa distinguuntur reipsâ, & non per operationem intellectus.

Distinctio realis secundùm Scholasticos est, *quæ est inter res, quæ reipsa sunt diversæ.* Cujusmodi duo constituuntur genera, & dicitur quòd *distinctio realis* alia sit *positiva*, nempe *inter duo entia*, alia *negativa*, *inter ens & non-ens.*

Disputant autem Scholastici *de signis distinctionis realis.* Mendoza, quem jam nos sequimur, statuit tria, & dicit, distinctionis realis signum esse 1. *quando duæ res sunt in diversis suppositis, & quando non uniuntur.* Dicitque *tunc signum esse evidens.* Nos ita proponimus, dicentes, signum distinctionis realis esse, *quando aliqua sunt diversa suppositа, vel subjecta*, aut *sunt in diversis suppositis.* E. g. Petrus & Paulus differunt realiter, quia non sunt unita, sed diversa suppositа. 2. Alterum signum est *separabilitas*, hoc est, quando aliqua sunt quidem conjuncta, possunt tamen separari, dicuntur etiam differre realiter. Fit autem, ut unum ab altero separetur. (1.) *Ut utrumque existat, & maneat in rerum natura, quando separantur*, ut corpus & anima humana. (2.) *Ut alterum non possit manere in rerum natura, quando fit separatio*, quô modô se habet calor in aquâ calidâ, aut etiam frigus in aquâ frigidâ. Quando enim separatur calor ab aquâ, (dum hæc frigescit) manet quidem aqua, sed non calor. 3. Tertium signum est, *quando aliqua se habent ut causa & causatum.* Ea enim realiter distingui certum est. Ut e. g. intellectus & actus intelligendi distinguuntur realiter, ubi intellectus est causa, & actus intelligendi est effectus.

Distinctio rationis secundùm Scholasticos est, *quando res per se unum sunt, per conceptus autem in ordine ad diversa connotata, ut distincta concipiuntur.* Faciunt autem Scholastici differentiam rationis duplicem: *rationis ratiocinantis* & *rationis, ratiocinatæ.* Distinctio *rationis ratiocinatæ fit per conceptus dissimiles intellectus*, quando scilicet unum & idem diversimodè concipitur. Distinctio *rationis ratiocinantis fit solùm geminatione aut repetitione ejusdem conceptûs.* Quô modô distinguuntur illa, quæ aliàs dicuntur ἀσύνθετα, ut e. g. ens & gladius. Et sic Scholastici distinctionem rationis distinguunt seu proponunt.

Aristoteli verò *ratione distingui* est *differre specie sive forma*, aut *ratione formali.* Atque sic latissimè patet hæc Aristotelica, vel ad mentem Aristotelis sumta rationis distinctio. Distinguuntur enim sic omnia, quæ habent definitiones aut rationes formales diversas, qualia sunt tùm illa, quæ Scholasticis ratione dicuntur distingui, v. g. ens & unum (de quibus Aristoteles *V. Met. c. 2.* dicens: ἔστι τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν ταὐτόν, καὶ μία φύσις, ἀλλ' ἀ χ ᾗ ἑνὶ λόγῳ ὀνλάμβρα. *Ens verò & unum idem sunt & una natura, sed non ut quæ una ratione seu definitione declarentur.* (tùm præter ea multa alia, quæ illi reipsâ differre statuunt, sive idem sint subjectô, aut conjuncta & non separata, unumque de altero prædicetur,) quomodo *I. Phys. text. 60.* Philosophus dicit: ἄνθρωπον καὶ ἄμουσον ἀριθμῷ εἶναι ἕν, ἀλλ' εἴδει ἔχ ἕν, hoc est, *hominem & Musicæ ignarum*, si scilicet idem & homo sit, & ἄμουσος, vel immusicus, *numerò esse unum, specie autem non esse unum.* Nam, addit, τῷ εἴδει λέγω καὶ λόγῳ ταὐτὸν. ἑνὶ γὰρ ταὐτὸν ἀνθρώπῳ καὶ τῷ ἀμούσῳ εἶναι. Hoc est, *pro eôdem accipio, specie & ratione, definitioneve differre. Non enim idem est hominis & Musicæ ignari esse* vel essentia. Confer præcedentem *text. 25. & seq. 66.* Item *V. Topic. c. 4. §. 9.* & alia loca plura, ubi similia habet. Sive subjectô & numerô differant, separataque & discreta sint, ut homo & equus, qui differunt specie, ergò & ratione: quia, ut audivimus, τῷ εἴδει καὶ τῷ λόγῳ differre unum idemqui sunt.

Dixit autem *multa alia, quæ illi reipsa differre statuunt.* Non enim omnia, quæ reipsâ aut realiter differunt, & à Scholasticis differre statuuntur, secundùm Aristotelem ratione distinguuntur. Duo enim vel plures homines e. g. & duæ albedines, quarum una in hôc, alia in alô cygnô, aut etiam in peplô, realiter quidem, non tamen

ratio-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [185] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [186] - -

ratione distincta sunt, quia specie, definitione, & ratione formali non differunt. Ex quibus luce meridianâ clarius est, distinctionem rationis Aristotelicam latiùs patere, quàm eam, quæ à Scholasticis traditur & usurpatur. Nihil enim eorum, quæ Peripatetici, imò & ipsi Scholastici re distingui asserunt, ratione distingui concedunt, cùm tamen multa eorum, quæ re distinguuntur, ratione quoque ex mente Aristotelis differant. Quam quidem diversitatem inde manare existimo, quòd Scholasticis ratione distingui sit tantum ratione distingui, & opponatur τῷ distingui realiter. At distinctio rationis apud Philosophum non opponitur distinctioni reali, sed abstractum quid est ab eâ, quæ est tantùm rationis, & ab eâ, quæ est realis.

Perspicitur ex dictis secundò, nos in textu nostrò nimis coarctâsse *distinctionem rationis*, *ut ab Aristotele sumitur*, neque verum esse, quod quidam dicunt, eam opponi distinctioni reali in priore significatione. Videatur Aristoteles *V. Met. text. 10. & seqq. & X. Metaph. c. ult.*

Modi distinctionum quia nihil habent difficultatis, & ex ipsis verbis statim innotescunt, à nobis scienter prætereuntur. Pergimus ergò ad magis explicatu necessaria, nempe notantes, quòd quædam distinctio sit

ESSENTIALIS, quædam *FORMALIS*, quædam *MODALIS*.

Primùm *essentialis distinctio* in rigore sumta est *tantùm realis, & inter illa, quæ dissimiles habent essentiæ*. Potest tamen hæc distinctio etiam *ad ea extendi, quæ sola ratione distinguuntur*. Ut si verum est, facultates animæ ab animâ non nisi ratione distingui, tunc intellectus & voluntas nihilominùs dici possunt differre essentialiter, tùm ab animâ, tùm à seipsis, quia habent diversas definitiones. Hoc modò distincto essentialis vel parùm, vel nihil differt à distinctione rationis, etsi nescio, an simpliciter asserendum sit, hæc prorsus esse eadem. Sumenda autem est distinctio rationis non ex mente Scholasticorum, sed Aristotelis. Quod dico propter mysterium Trinitatis, ubi tres personæ differunt inter se realiter, & etiam ratione ex mente Aristotelis, (possumus enim ejus doctrinam de distinctione rationis huc accommodare) sed non dicendum est, quòd differant quoque essentialiter.

Deinde *distinctio formalis* statuitur vulgò *inter ea, quorum ratio formalis diversa est*, sive aliàs reipsâ distincta sint, sive ratione.

A Scotistis statuitur *genus medium inter realem & rationis distinctionem*, vocaturque *formalis ex natura rei*. Dico, à Scotistis. Nam Petrus Hurtadus de Mendozâ multis id agit, ut ipsum Scotum ab invidia hujus opinionis liberet, putans Scotum hanc distinctionem non statuisse. Fatemur autem, quod res ipsa loquitur, discipulos ejus hoc genus distinctionis cœpisse propugnare, Gregorius verò Ariminensis *lib. I. distinct. 8.* multis demonstare conatur, & Scotum hoc statuisse. Operæ pretium non est, ut tempus his impendamus, & solliciti simus, an Scotus hoc statuerit, nec ne? Sufficit nobis sententiam in se proponere & refutare. Scholistæ igitur duplicem faciunt distinctionem, *ex naturâ rei*, & distinctionem *rationis*. Distinctionem *ex natura rei* vocant eam, quam nos dicimus *realem*, nempe *quando aliqua non sunt propsius idem, sed distincta etiam nemine cogitante*, eam tamen non vocant illi realem. Sed hanc suam distinctionem ex naturâ rei iterum distinguunt in *realem* & *formalem*. *Realem* vocant, *quæ est inter rem & rem*. *Formalem ex natura rei* dicunt, *quando aliqua ita inter se sunt affecta, ut unum conveniat alteri in primo modò dicendi per se*. Sic genus & differentia distinguuntur formaliter ex naturâ rei, quia scilicet nec differentia de genere prædicatur in primò modò dicendi per se, nec genus de differentiâ. Genus enim non includit essentialiter differentiam, nec differentia est de essentiâ generis. Hanc distinctionem porrò adhibent Scotistæ etiam in divinis, & dicunt, attributa divina ab essentiâ divinâ & à se invicem non ratione distingui, sed ex naturâ rei, non tamen realiter, sed formaliter ex naturâ rei. Hæc est sententia Scotistarum.

Verùm nos illam refutamus sic: *Quod si hæc distinctio datur in DEO, sequitur, DEUM esse aliquid compositum, vel non simplicissimum*. In quôcunque enim sunt duo vel plura, non ratione tantùm, sed reipsâ distincta, & citrà mentis operationem tùm inter se, tùm ab ipsò, in quò sunt, differunt, profectò illud non potest esse ens simplicissimum, sed necesse est ibi reperiri compositionem. Atqui ex ipsorum sententiâ in DEO sunt duo vel plura reipsâ distincta, tùm inter se, tùm ab ipsâ DEI essentiâ. Hoc probatur inde, quia dicunt illi Scotistæ, v. g. omnipotentiam & justitiam inter se distingui reipsâ ab ipsâ quoque essentiâ divinâ. Unde hôc modò reipsâ sunt in DEO multa & diversa. Ergò datur in DEO compositio realis, quod absurdum.

Regerunt quidem illi hîc non pauca; sed ad omnia illa nos respondimus satis in *Institutionibus nostris Metaphysicis*, quò Dnn. Auditores remittimus. Neque operæ pretium est ea hîc repetere.

Sequitur nunc tertiò locò *DISTINCTIO MODALIS*. Aristoteles hanc distinctionem inter realem & modalem prorsus ignorat. Scholastici veteres etiam non inculcârunt, sed recentiores quidam eam & proponunt & defendunt. Faciunt â. & ipsi distinctionem duplicem. Nempe dicunt, quædam distingui *reipsa* vel *ex natura rei*, quædam *ratione*. Distinctionem *secundùm rem* vel *ex naturâ rei* faciunt duplicem, *realem* & *modalem*.

Hîc autem ante omnia exponendum, quid intelligatur per *MODUM*. *Modus* hîc appellatur *id, cujus esse in hoc consistit, ut actu afficiat rem aliquam*

quam ſingularem, eique quaſi adfixum ſit, ita, ut nec per potentiam DEI abſolutam poſſit eſſe ſine eô, nec concipi poſſit ſine eô.

Exponendum quoque, quid intelligamus per *REM*. *Res* ſpecialiter hîc dicitur *id, quod eſt ejusmodi entitas, quæ ut ſit in rerum naturâ, non requiritur, ut actu rem ſingularem afficiat, ſed poteſt per potentiam DEI abſolutam ſaltem exiſtere.* V. g. modus Petri eſt ejus ſeſſio; Petrus autem eſt res ipſa. Petrus eſt in rerum naturâ, ut actualiter non afficiat, nec affectus ſit. Sed ſeſſio Petri, & aliud ejus eſſe, eſt modus Petri. Hæc enim eſt ſeſſionis natura, ut actu afficiat rem ſingularem; cùm nullum univerſale ſedere deprehendatur. Homo tanquàm univerſale quidem ſedet, ſed ex accidente, quia Petrus, qui ſedet, eſt homo.

His ita expoſitis, patet, quid ſit *modalis diſtinctio*. Nempe eſt *inter rem & modum ejus*, vel *inter duos modos ejusdem rei*. Ut v.g. Petrus & ſeſſio Petri diſtinguntur modaliter, quia ſunt duo modi ejusdem rei. Dico autem *EJUSDEM REI*. Nam *modi diverſarum rerum* diſtinguuntur *realiter*. Nam ut Petrus & Paulus diſtinguuntur realiter, ita & ſeſſio Petri & ſeſſio Pauli diſtinguntur realiter.

Hæc paucis eorum eſt ſententia, qui diſtinctionem modalem proponunt & defendunt præter diſtinctionem realem & rationis. Diſtinctionem quidem nos non negamus, negamus autem, eam eſſe peculiare genus diſtinctionis. Quod ut oſtendatur, notamus, ipſam *diſtinctionem realem* bifariam accipi. 1. *Generaliter* ex mente Scholaſticorum pro omni diſtinctione, quâ diſtinguuntur aliqua citrà mentis operationem. Quô modô diſtinctio modalis eſt etiam realis. Et hôc modô nos ſuprà accepimus diſtinctionem realem. 2. *Specialiter* pro diſtinctione, *quæ eſt inter rem & rem, ut res ſpecialiter accipitur.* Et ſic diſtinctio modalis non eſt realis, quia non eſt inter rem & rem, ſed rem & modum rei. Nos autem argumentamur ſic: *Si propterea, quòd illa, quæ diſtinguuntur reipsâ & citrà mentis operationem, ita ſe habent, ut unum illorum ſit res, alterum modus, datur tertium genus diſtinctionis à diſtinctione reali & rationis diſtinctum, quod dicitur modale, ſequitur etiam propterea, quod illorum, quæ reipsa diſtinguuntur, unum eſt ſubjectum, alterum accidens, propterea etiam dari aliud adhuc genus diſtinctionis, quod poſſit dici diſtinctio accidentalis inter ſubſtantiam & accidens. Atqui prius eſt. E. & poſterius.* Conſequentia probatur ratione pari. Quæ nunc ſufficiant.

TABULA XXII.
DE VERO.

MAgni momenti eſt hæc doctrina de *VERO & FALSO*. In omnibus enim diſciplinis diſquiritur, an propoſita aliqua quæſtio vel propoſitio ſit vera, an falſa. Cùm igitur in omnibus, quæ in diſciplinis tractantur, ſpectetur veritas, etiam in practicis, ubi quidem non eſt finis ultimus, tamen ob ulteriorem finem ibi ſpectatur, profectô turpiſſimum erit, omnem ætatem in ſcientiis & diſciplinis terere, ſive ſint Philoſophicæ, ſive Theologicæ, ſive Juridicæ, ſive Medicæ, & diſquirere, quæ vera, quæ falſa, & tamen ignorare quid ſit verum, quid falſum: quod plurimis uſu venit.

Statim autem quæritur, *in quibusnam conſiſtat veritas, an in rebus, an in conceptibus?* Et cùm *operationes animæ* ſint, quantum ad præſens quidem, vel *primæ* vel *ſecundæ, in quibusnam conſiſtat?*


Nos dicimus, *veritatem conſiſtere in ſecunda mentis operatione propriè & per ſe, & in reſpondente illi operationi enuntiativa oratione.*

Sed controverſia eſt de primâ mentis operatione. Multi ſunt, qui in hâc quoque veritatem & falſitatem ponunt. Et Svarez ſanè de profeſſô diſputat, eſſe quoque veritatem in primâ mentis operatione, peculiari tamen modô eſſe in ſecundâ. Sed cùm difficile hoc ſit explicare, variè explicant. Potiſſima eſt Svarezii & Cajetani *in primam partem Thomæ* explicatio, quos refutavi *in quadam quæſtione in meis quæſtionibus Logicis.*

Sed veriſſimâ ſententia eſt, *in prima mentis operatione non eſſe veritatem propriè*, quod nos probamus tùm ratione, tum locis Ariſtotelicis. Quod attinet poſterius, nempe autoritatem Ariſtotelis, locus *Lib περὶ ἑρμ. c. 1. §. 5.* eſt clariſſimus: ἔστι δ' ὥσπερ ἐν τῇ ψυχῇ, ὅτε μὲν νόημα ἄνευ τοῦ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι, ὅτε δὲ ἤδη ᾧ ἀνάγκη τούτων ὑπαρχειν θατέρου. οὕτω καὶ ἐν τῇ φωνῇ. Περὶ γὰρ συνθεσιν καὶ διαίρεσιν ἐστι τὸ ψεῦδος τε καὶ τὸ ἀληθές. Quæ ita vertuntur à Jul. Paciô: *Quemadmodum autem in anima eſt interdum intelligentia, veri vel falſi expers, interdum verò cui jam neceſſe eſt alterum horum ineſſe: ita etiam in voce. Nam in compoſitione & diviſione eſt veritas & falſitas.* Sunt & alia loca non minùs inevidentia, ut *VI. Metaph. text. 8.* ubi hæc leguntur: τὸ δὲ ὡς ἀληθὲς ὂν, καὶ μὴ ὂν ὡς ψεῦδος, περὶ σύνθεσιν ἔστι καὶ διαίρεσιν. Hoc eſt: *Ens autem ut verum, & non-ens ut falſum, in compoſitione & diviſione cernuntur.* Porrò *IX. Metaph. cap. 12. t. 21*, dicit: ὥστε ἀληθεύει μὲν ὁ τὸ διῃρημένον οἰόμενος διαιρεῖσθαι, καὶ τὸ συγκείμενον συγκεῖσθαι· ἐψευσται δὲ ὁ ἐναντίως ἔχων, ἢ τὰ πράγματα πρὸς ἀλλήλα, ἢ οὐκ ὄντα. ὥστε τὸ ἀληθὲς λεγόμενον, ἢ ψεῦδος ἔταξ, *verum dicit, qui id, quod diviſum eſt, diviſum eſſe exiſtimat, & quod compoſitum eſt, componi; falſum autem, quod contrariô modô ſe habet, atque res, quando eſt, aut non eſt; quod verum dicitur*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [189] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [190] - -

tur aut falsum. Et III. de animâ cap. 6. t. 21 ita: ἐν δὲ οἷς τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς, σύνθεσίς τις ἤδη νοημάτων, ὥσπερ ἓν ὄντων. *At in quibus jam falsitas & veritas inest, in hisce compositio jam quædam est conceptuum intellectus, quasi ipsi sint unum.* Et quæ loca possemus producere plura, iisq; probare, pro hac sententiâ esse Auctoritatem Philosophi.

Missâ a. auctoritate, probamus, quod diximus, ratione tali: *Si in simplici mentis apprehensione esset verum aut falsum, esset etiam in incomplexis dictionibus. Sed in incomplexis dictionibus non est verum nec falsum.* E. *Verum & falsum quoq; non est in simplici mentis apprehensione.* Minor probatur, quia quando jam quis ingrederetur & diceret: *album, lapis*, neq; verum diceret, neq; falsum. Major patet etiã, quia in complexis & in orationibus enunciativis est verum & falsum, quia est in compositione & divisione intellectus, & quia est in operatione intellectus secundâ verum & falsum, ideô etiam est in orationibus respondentibus illi operationi intellectus. Ergò quoniam cum in secunda mentis operatione est verum & falsum, etiã reperirur posteà in enunciationibus, quæ respondent secundæ mẽtis operationi, hinc sanè ob eandem rationem necesse est, ut si in prima mentis operatione esset verum & falsum, illud quoq; esset in singulis dictionibus eidem respondentibus.

Sed hic posset quis urgere, *utig, etiam in primâ mentis operatione consistere verum vel falsum*, sic objiciens: *Quicunq, conceptus est conformis rei, ille est verus. Sed simplex conceptus est conformis rei.* E. *est verus.* Major probatur, quia veritas est conformitas intellectus, seu ejus conceptuum cum re. Nam veritas non est immediatè in intellectu, (quod etiam hic monemus) sed mediantibus conceptibus. Quando n. intellectus aliquid concipit, & illi conceptus sunt conformes rei, tunc dicitur illa conformitas esse ipsius intellectus. Minor a. probatur, quia simplices conceptus repræsentant rem. Quod a. aliquam rem repræsentat, aut illam rem repræsentat, uti est, aut uti non est. Si repræsentat ut est. E. est ei conformis. Si autem non. E. non est illa res objectum illius conceptus. Sicut e. g. quando habemus imaginem Imperatoris expressam in aliquâ chartâ, tunc illa imago aut repræsentat Imperatorem ut est, & tunc vera est ejus imago; aut non repræsentat sicuti est, & hac ratione, quatenus non repræsentat, uti est, non est ejus imago.

Verùm ad hoc respondetur, quod veritas non consistat in quâvis conformitate conceptus intellectûs cum re. Sed illa conformitas, in quâ consistit veritas, ab Aristotele peculiariter describitur, uti & ipsa veritas. Nempe describit ille *veritatem* per *componere, quæ composita, & dividere, quæ divisa sunt.* Falsitatem a. modô oppositô. Requirit igitur Philosophus ad veritatem quandam compositionem plurium conceptuum. Et est locus illustrissimus *V. Met. cap. 7. text. 27. Dicere id, quod est, non esse, aut, quod non est, esse, falsum est. Quid igitur est falsum? Falsum est dicere, &c. Quid est verum? Verum est dicere id, quod est, esse, aut quod non est, non esse.* Hic describit conformitatẽ, qualis sit intelligenda, in quo consistat conformitas conceptuum, nempe inter τὸ dicere & rem. Disconvenientiæ eadem est ratio. Et puto hæc sufficienter ex anteà dictis patere.

Sed instet aliquis, utique Aristotelem *IX. Met. c. 12* etiam primæ mentis operationi tribuere veritatem & falsitatem, ut & *l. 3. de anima, text. 26.* ubi scilicet etiam visioni tribuit veritatem. Jam verò visio est simplex apprehensio coloris per actum videndi.

Resp. quod Aristoteles tribuat simplici mentis operationi & visioni verum, non propriè, sed impropriè. Illa autem improprietas consistit in hoc, quod *veritas est conformitas conceptûs cum re.* Jam autem quia conceptus simplices etiam sant conformes suo objecto, ideò habent quandam rationem veri, & habet se veritas ad simplices conceptus per quandam analogiam. Quia nempe omne repræsentans est conforme ei, quod repræsentat. Sicut imago, quæ Cæsarem repræsentat, est ei conformis. Quia igitur conceptus simplex repræsentat suum objectũ, sequitur, quod e. quoq; sit conformis, & sic verus esse dicatur, non verò propriè, (quia uti jam tum diximus, conformitas intellectus cum re, in qua dicitur, consistere veritas, non est quælibet, sed ejusmodi, quâ aliqua componuntur & dividuntur. Sed in simplici mentis operatione nihil vel componitur vel dividitur.) sed impropriè. Et id propter veritati in simplicibus conceptibus opponitur non falsum, sed *ignorare*, vel τὸ *non tangere, non concipere aliquid*, quod docet Arist. *IX. Met. text. 21.* Nam aut rem concipio, ut est, aut ut non est. Si ut est, tunc verum concipio. Si autem concipio, ut non est, tunc non est illa res objectum conceptus. Jam autem nihil verum vel falsum dicitur, nisi in ordine ad suum objectum. Manet ergò adhuc firmo talo nostra sententia, quod veritas & falsitas propriè & per se sint in secundâ mentis operatione.

A veritate autem & falsitate propriè sic dictâ denominantur tùm ipsa compositio & divisio intellectus, tùm res ipsæ. Compositito & divisio intellectus denominantur inde *absolutè & intrinsecè*. Res autem denominantur inde tantùm *cum apposito*.

Est autem (quod addendum) *absolutè denominari*, quando nomen, à quô denominatio fit, *tribuitur rei absq; appositô*, ut explicat Aristoteles sub finem *l. 2. Topic.* Sic sine appositô τὸ verum & τὸ falsũ prædicantur de secundâ mentis operatione, & de enunciativis orationibus. Unde rectè dico: *homo est bipes, est verum.* Sed rebus tribuitur τὸ verum & τὸ falsum esse, non nisi *cum appositô*. Non n. rectè dico: *Aureus hic est verus vel falsus.* Sed cum appositô: *Est verus aureus, vel falsus aureus.* Sic conceptus simplex hominis non est verus, sed tamen verus conceptus hominis.

Deinde dixi, veritatem & falsitatem tribui secundæ mentis operationi & orationi enunciativæ *intrinsecè*, sed rebus tribui *extrinsecè*. Nam res dicuntur veræ, quatenus aptæ sunt terminare veram sui cognitionem; falsæ contrariô modo. Quando ergò dico: *Ignis est calidus*, oratio est vera per denominationē intrinsecā, quia veritas revera ei inest. Sed quando dicitur, *aurum verum*, *verum aurū*, vel *adulterinum falsum aurum*, est denominatio extrinseca à compositione & divisione intellectus, quia verū aurum aptum est terminare verā sui cognitionem in intellectu; falsum aurum aptū est determinare falsam sui cognitionem in intellectu.

Nota a. *aptum esse terminare, falsam sui cognitionē* nihil aliud esse, quàm *ita videri, quod non est*. Ut Aristoteles *1. Elench. c. 1.* ait, *res alias esse veras, alias, cum non sint, videri*. Quemadmodum in multis rebus id fit ob quandā similitudinem. Estq; pulchra illa doctrina Aristotelis, qua describit alias esse veras res, alias nō esse veras, ita tamē videri. Unde dixi in Tabulâ, ut res denominentur à falsitate, requiri *1. ut referantur ad id, quod nō sunt*. Nam quando res refertur ad id, quod est, est vera res. Ut *virgo vitiatā est falsa virgo*, quatenus refertur ad id, quod non est. Quatenus autem ad id, quod est, nempe ad ludificatam, tunc rectè dicitur *vera virgo vitiata*. 2. Requiritur, *ut habeant quandam similitudinem*. Quod n. nullam similitudinem habet cum re, à quâ denominatur, non potest dici falsū. Ut nullum argentum potest dici falsum aurum, quia non in aliquô est simile auro,

Antequàm porrò ad alia abeam, notandum est hoc quoq; Diximus in Tabellâ, quod *veritas in secundâ mentis operatione consistens*, dicatur *veritas complexa*. Distinguunt Autores magni nominis *inter veritatem incomplexam* & *complexam*. Sed nos veritatem *incomplexam* negamus. Nisi quis per eā intelligere velit *veritatē impropriè dictam*. Illi autem putant, etiā in primâ mentis operatione esse verum, ut Soarius latè defendit. Sed nos hoc simpliciter negamus, ideôq; nolui dividere veritatem in complexam & incomplexam, aut inter veritatem complexam & incomplexam distinguere. Nego enim, veritatē rectè dici complexam. In Tabellâ v. quando posui, locutus sū ex aliorum sententiâ.

Tandem coronidis locô moneo, malè à quibusdam dividi & distingui inter *veritatem Theologicam* & *Philosophicam*, & dici, quod *aliquid sit in Theologicâ verum, quod falsum sit in Philosophia*. V. g. In Theologia esse veram hanc propositionem: *quædam virgo parit*. In philosophiâ autem esse falsissimam, & ejus contradictoriam veram: *Nulla virgo parit*. Falsissimè, inquam, sic quidam docent. Una semper & eadem est veritas, nec unquam, quod est in Theologia verum, in Philosophia sit falsum, vel contrâ. Nam sumamus præsentem propositionem: *Nulla virgo parit*, dicit Philosophus; *quædam virgo parit*, dicit Theologus, & uterq; dicit, suam propositionē esse verā, sed nullâ sanè cū contradictione. Nam Philosophus loquitur *de viribus & de ordine naturæ*, quod etiam Theologus verum statuit, quòd *naturaliter nulla virgo pariat*. Concedit quoq; Philosophus Theologo suā propositionē, quia Theologus loquitur *de statu supernaturali*, quod etiā Philosophus concedit *supernaturaliter, & vi potentiæ Dei absolutæ posse fieri, ut virgo pariat*. Quod a. Ethnici id planè negant, ille error non est Philosophiæ, sed Philosophi. Philosophia est scientia veri, & nulla est scientia falsi. Quæ nunc sufficiant.

TABULA XXIII.

DE BONO.

POst doctrinam *de vero*, accedimus nunc ad doctrinam de *BONO*, quod etiā cum vero statuitur affectio entis simplex. Vulgò n. tres statuuntur entis adfectiones simplices, *unum, verum, bonum*. Quod quidem non est apud Aristotelem, nec ullâ ratione sufficienter hactenus probatum. Quicquid sit, est tn. agendum de vero & bono in Metaphysicis, cùm latius pateant, quam ut in scientia aliqua particulari ejus tractatio includatur. Propter universalitatem ergò suam pertinent ad Metaphysicam.

Definitur autem BONUM ab Aristotele *I. Ethic.* quod sit *id, quod omnia appetunt*. Et verum quoq; est, *quicquid est bonū, est appetibile*, & *contrà*. Sed hæc est tantùm aliqua BONI proprietas, non ejus essentia sive ratio formalis. Bonum est causa, cur aliqua appetuntur, ideò non potest consistere in appetitu. Nam nullius rei ratio formalis est posterior re, cujus est ratio formalis. Sed appeti est posterius bono, quia omnis causa est prior suo effectu, bonum n. est causa τῦ appeti. Ergò.

Ut a. nos, in quo ratio boni formalis consistat, eò melius explicemus, distinguimus inter BONUM ALTERI, & ET BONUM IN SE.

Bonum alteri est, *quod est alicui conveniens*. Et, hoc jam prius est appetibilitate. Si enim quæritur, *cur sit appetibile*, respondetur, *quia est conveniens*. Convenientia igitur est causa appetibilitatis. Sic e.g. sanitas est bona homini, & ab ipso appetibilis, quia est ei conveniens.

Est a. aliquid *alteri conveniens* multis modis, non tantum *ut forma*, sicuti scientia est conveniens homini ut forma accidentalis, anima rationalis autem ut forma substantialis; sed etiam *ut materia*, ut iterum corpus homini. Item est aliquid alteri conveniens *tanquàm per modum efficientis*, uti Deus est bonum quid hominibus, quia multa facit, quæ bona sunt.

Deinde *bonum in se* consideratur 1. *Formaliter*. 2. *Materialiter*. Bonum *formaliter vel in abstracto* est nihil aliud, quàm *ipsa bonitas sive perfectio, quæ alicui dicitur inesse*. Multæ sanè de ratione formali boni sunt controversiæ apud Metaphysicos; & difficillimum est, dicere, in quô sit ratio boni

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [194] - -

formalis constituta. Alii hoc sentiunt, alii aliud. Nos tempus controversiis terere nec volumus, nec possumus. Sufficiat nobis rem perspicuè proponere, & eam sententiam, quam pro verâ habemus, declarare. In *perfectione* autem *consistere bonum formaliter* dicimus, & probamus ex oppositò & ex concessis. Hoc apud plerosq; est concessum, *malum formaliter esse carentiam perfectionis ineſſe debitæ*. Unde evidentissimè sequitur: *si malum formaliter consistit in carentiâ perfectionis debitæ, bonũ econtrà consistet in perfectione, quæ ineſſe debet.* B

Notanda a. sunt ista verba: *INESSE DEBITÆ*, seu *QUÆ DEBET INESSE*. Nam nisi hæc attendantur verba, profectò omnis creatura erit mala, & nulla bona, quia quælibet creatura caret perfectione divinâ. Sed propterea tamen nulla creatura est imperfecta vel mala, quia perfectio divina non est debita ineſſe creaturæ, nec potest ineſſe; si enim in creaturâ esset perfectio divina, non esset creatura, sed Deus, & sic destrueretur ejus propria essentia. Sic etiam equus non habet in C se perfectionem hominis, nec tamen propterea est in se malũ quid, sed est & manet bonum, quia non debet illa perfectio equo ineſſe, sed si ineſſet, non ampliùs esset equus, sed homo. Nullum autem, quod destruit alterum, *quatenus destruit*, potest ipsi esse bonum. Dico: *Quatenus destruit*. Nam mors sanctorum pro nomine Christi est bonum, sed non quatenus destruit, verùm ut est via ad vitam meliorẽ, & ut habet hoc accidens secũ, quod fiat propter honorem Christi. De quibus alibi.

Deinde bonum *materialiter seu in concreto* est *id, quod perfectionem debitam habet*: Et potest dici bonum 1. *ESSENTIALITER*. 2. *ACCIDENTALITER*. Hæc desumsimus ex Gabriele Vazquezio, qui docet, bonum, ut est transcendens, consistere in perfectione, & statuit fieri id tripliciter 1. ESSENTIALITER 2. SUBSTANTIALITER, & 3 ACCIDENTALITER.

Ubi primùm *bonum* ESSENTIALITER, secundùm eum, est id, *cui nihil deest eorum, quæ ad ejus essentiam pertinent*. Cumq; nullũ ens sit, quod destituatur suâ essentiâ, liquet, quod omne ens essentialiter sit bonũ. Si n. destitueretur suâ essentiâ, tunc res illa non esset illa res. Fuerunt olim hæretici, *Apollinaristæ* dicti, qui denegârunt Christo animam rationalem. Sed hoc si ita est, tunc Christus non est homo, quia deest aliquid, quod primarium est ad essentiam hominis. Cumq; nulla creatura destituatur aliquo, quod ad essentiam ejus pertinet, sequitur, quod bono hoc modo sumpto non opponatur malum, quia nihil destituitur aliquo, quod ad essentiam ejus pertinet.

Deinde dicitur Vazquezio aliquid *bonum* SUBSTANTIALITER, *cui nihil deest, quod ad ejus substantiam pertinet*. Et huic opponitur MALUM SUBSTANTIALITER, *cui deest aliqua pars integralis*. Ut si amputata sit homini manus aut pes, caret tunc is quadam perfectione substantiali, parte nempe integrali, quæ substantia est, & non accidens. Partes *integrales* autem sunt duplices, & quædam *necessariæ ad id, ut aliquid sit*, (uti v. g. caput & cor ad esse hominis,) de quibus in præsentiarum non loquimur. Si enim talis pars deest, tollitur ipsa substantia & essentia, nec manet res. Quædam autem partes sunt *secundariæ, sine quibus totum esse potest secundum essentiam*, ut v. g. pes, qui si abscinditur, manet homo adhuc homo. De quibus nunc nobis est sermo.

Est & porrò aliquod bonum ACCIDENTALITER, sive *ratione accidentium*, quomodo homo virtute prẽditus est bonus, quia virtus est accidens ei conveniens. Contra vitiosus homo non est bonus accidentaliter, quia caret perfectione accidentali, quæ ei debebat ineſſe. Et sic etiam non omne ens est bonum.

Hi ita sunt tres modi Vazquezii. Nos autem duos tantùm in nostrâ præsenti Tabellâ posuimus modos, & eum, qui Vazquezio secundus est, omisimus. Sed nulla cum pugnâ. Bonum n. *accidentale* Vazquezius sumit *strictiùs*, quàm nos. Distinguit enim ille *essentiam rei* cum iis, *quæ ad essentiam pertinent*, ab *accidentibus*, facitque aliquod tertium, quod non est ad essentiam requisitum, nec est accidens. Et hâc ratione intelligenda est distinctio Vazquezii. Nos autem *accidens* sumimus pro *omni eò, quod non est essentia, aut de essentiâ rei*. Quô modô etiam partes substantiarum minùs principales sunt accidentia, quia res sine illis esse potest.

Pergimus nunc, & notamus porrò, *in concreto bonum* aliquid dici 1. SIMPLICITER, *cui nulla perfectio, cujus capax est, deest*. Ut Deus est bonus, quia omnes perfectiones, quas obtinere potest, habet. Ut a. creatura eô modô bona dicatur, necesse est, ut præter suam essentiam omnia etiam accidentia contineat, quæ ei ineſſe debent, aut quorum capax est. Si igitur jam esset homo, qui haberet omnium rerum scientiam, omnes virtutes morales, quæ in hominem cadunt, & omnes alias perfectiones, ille esset simpliciter perfectus & bonus. Sed talis non reperitur. II. Dicitur aliquid *bonum*. SECUNDUM QUID, vel CUM APPOSITO. Potest enim una perfectio alicui convenire, & ipse inde bonus dici, licet aliis multis careat.

Porrò *bonum* aliquid dicitur. 1. PROPTER ALIUD. 2. PER SE.

Vulgaris & admodùm pervagata est divisio boni in tria hæc genera, quod *bonum* vel sit *honestum*, vel *utile*, vel *jucundum*. Quæ divisio tribuitur Aristoteli *II Ethic. c. 3.* & *lib. VIII. cap 2.* Verùm si loca hæc rectè introspiciuntur, deprehenditur. Aristotelem ibi non dividere bonum. Sed *II. Ethic. c. 3.* dividit id, *quod sub electionem cadit*, & dicit esse triplex. Eligimus n. vel honestum, vel utile, vel jucundum. Etiam deinde *VIII. Ethic.* proponit quidem tria membra hæc. Sed divisum ibi non est τὸ ἀγαθὸν, verùm τὸ φιλητὸν, seu id, *quod est amabile*. Etiamsi a. Aristoteles non ita loquatur, nihilominùs tamen, quia vulgus ita obtinuit, loquimur sic secundùm sententiam communem, & dicimus bonum esse triplex, *utile, jucundum*, & *honestum*. F

Ergò primùm *UTILE* est *bonum*, non ratione sui, sed *ratione alterius*, ad quod consequendum conducit. Ut potio amara non est conveniens sive bona, ne ægro quidem, ratione sui, sed quia est propter sanitatem consequendam, quæ quia est ægro conveniens, ideò etiam potio amara ipsi conveniens dicitur. Statuimus ergò, *bonum utile consistere in denominatione extrinseca.*

Sed dicat quis, *omninò etiam bonum utile habere aliquid in se, propter quod sit bonum*, nempe vim & efficaciam quandam operandi, propter quam utile est. V. g. in potione amarâ est aliqua vis, quæ facit aliquid ad consequendam sanitatem. Sed illa vis est in ipsâ potione amarâ, vel in ipsò medicamentò.

Resp. Aliud est, comparare bonum utile *cum fine*, aliud *cum subjecto, cui dicitur utile.* Si medicamentum comparatur cum bonâ valetudine, sic habet aliquid in se, per quod conducit ad valetudinem consequendam, Sed quæritur hic, cùm dicatur, quod potio amara sit utilis homini, quâ ratione id fiat? Nos dicimus, quod in illâ non sit aliquid, per quod formaliter sit homini conveniens. Sed illa utilitas tota dependet à valetudine, ad quam conducit, & ab hâc extrinsecè denominatur utilis.

Deinde *JUCUNDUM* est *bonum in ordine ad delectationem*, quam secum adfert. *HONESTUM* verò est *bonum præcisâ utilitate & jucunditate* Bona honesta solent quoque esse jucunda, ut qui ex habitu virtutis pugnat pro patria, perpetuò hoc ipsi est jucundum; sed tamen si etiam esset non jucundum, adhuc tamen esset homini conveniens, secundùm rectam rationem pugnare pro patriâ.

Hæc est illa trita divisio boni. Quæ membra cùm sæpè coincidant, nos divisionem ad διχοτομίαν redigimus, & ita procedimus, dicentes: *Bonum* est tale vel *ratione sui*, vel *ratione alterius.* Hoc posterius est bonum, quod dicitur *Utile.* Illud prius est tale vel *ratione suæ delectationis*, & est bonum *jucundum*, vel *præcisâ delectatione*, & est bonum *honestum.* Et hoc est iterum tale, vel *ut est conveniens rationali naturæ* seu *homini, ut est homo, & ratione utitur*, & sic est *bonum propriè & reverâ honestum.* Vel *ut est conveniens naturæ, prout natura sumitur pro ea, quæ est determinata ad unum*, & hoc dicitur *bonum naturale.* Hòc modò e. g. ferrum est conveniens & bonum magneti, ideò, quod conservetur magnes in ferri ramentis.

Illud præterea hic est animadvertendum, quòd hæc divisio non sit in diversas res, sed diversas rationes formales. Hoc est, licet in idem coincidant membra horum bonorum, secundùm suas tamen speciales rationes sunt distincta. Alia enim est ratio formalis *honesti*, quæ consistit in hôc, ut sit rei conveniens per se. Alia *jucundi*, quæ consistit in delectatione. Alia denique *utilis*, quæ consistit in relatione ad aliud.

Tertiò *bonum* est vel MORALE, vel NATURALE. Hæc distinctio prolixâ explicatione opus non habet, sed ex dictis clara est. Bonum enim *morale* dicitur *à moribus*, & est idem ac *honestum.* Mores enim conveniunt homini, ut est agens liberum, & quæ non liberè fiunt, non pertinent ad mores. V. g. quod homo non benè coquit cibum, non pertinet ad mores, nec ideò vel benè vel malè moratus dicitur: Et quia jam nullum ex naturalibus est, quod liberè operatur, nisi homo, ideò bonum morale est ipsum bonum honestum. Bonum deinde *naturale* dicitur *à natura, prout est determinata ad unum* Et sic dicitur bonum naturale, quod convenit rei ut est ad unum determinata. Ut e. g. frigus est bonum naturale aquæ, calor autem non est bonum ejus naturale, sed malum. Destruit enim eam, & resolvit in vapores.

Tandem IV. distinguitur quoque *bonum* in *VERUM & APPARENS.* Quæ distinctio est usitatissima, & mille in locis ab Aristotele usurpata.

Solet autem duobus modis exponi, unò modò, *ut latè sumatur*, & complectatur bonum honestum, utile & jucundum. Et sic verum bonum est, quod tale est, quale existimatur. Eâque ratione omne bonum jucundum potest esse reverà bonum. Ut e. g. voluptas ex meretricio amore concepta est revera bonum jucundum, quia habetur reverà jucundum. Hâcque ratione rectè docet Suarez, hanc divisionem competere quidem concreto, sed non abstracto. Nam omnis bonitas est reverà bonitas. Sed alterò modò potest paulò aliter exponi hæc divisio, ut, quod est *bonum jucundum & utile*, non statim verum bonum sit, sed tantùm illud, *quod est honestum.* Quæ enim inhonesta sunt, etiamsi jucunda sint, (ut voluptates meretriciæ) tamen non sunt vera bona, sed tantùm apparentia. Hôcque modò multa bona utilia & jucunda non sunt vera bona. Et eò sensu sumit Aristoteles bonum verum, uti patet ex sòlò *III. Ethic. c. 4.* Dicitur enim ipsi bonum illud, quod placet honesto, & ab improbò habetur pro bonò apparenti. Et bonum apparens, quod Vir honestus judicat tale. Quò jam modò divisio hæc ipsi quoque abstracto est accommodata. Bonitas enim alia vera est, & alia apparens; jucunditasque ac utilitas sæpè non est bonitas vera, sed tantùm apparens.

Nunc his explicatis, deducit nos ordo ad ipsum *oppositum boni*, quod est *MALUM.* Ut autem nunc *bonum* est vel *alteri* vel *in se bonum*: Ita quoque *malum* est *vel alteri*, vel *in se malum.* Et ut *bonum alteri* dicitur *id, quod est alicui conveniens*: Sic quoque *malum alteri est, quod est alicui disconveniens.* V. g. ut calor moderatus est animali conveniens, sic calor immoderatus est ei disconveniens. Nam per illum calorem malè se habet. Sic etiam continuitas membrorum est animali conveniens, dissolutio autem disconveniens. Consideratur deinde *malum in se* 1. *quoad formale*, quod est nihil aliud, quàm *privatio perfectionis ineſſe debitæ*, Ubi iterum hæc notanda: *Ineſſe debitæ.*

Nam

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [197] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [198] - -

Nam quod nulli homini competit perfectio angelica, non per hoc est malus, quia illa non debet homini inesse. Qui autem caret virtute, ille rectè dicitur malus, quia caret perfectione debitâ sibi inesse. *II. quoad materiale*, estque subjectum, sive *id, quod caret perfectione debitâ.*

Notandum etiam hîc illud est, nempe, sicut perfectio est vel *essentialis*, vel *accidentalis*: Ita duplex debet esse *carentia*, una *perfectionis essentialis*, altera *accidentalis*. Dico autem, quod ratione perfectionis essentialis nulla detur carentia. Nulla enim res est essentialiter mala, quia omnis res suam habet perfectionem essentialem. Accidentalis autem perfectionis datur carentia, & sic multæ res malæ sunt.

Superest, ut de illâ divisione adhuc aliquid dicamus, quâ malum distinguitur in *MALUM CULPÆ & MALUM POENÆ*. Illud est *carentia perfectionis debitæ secundum liberam actionem*. Hoc autem (*malum pœnæ*) est *carentia boni debiti contracta ob culpam*. Sic utrumque describit Thomas *part. 1. qu. 48. Art. V. & VI.*

Malum culpæ quod attinet, dixi, quod sit *carentia perfectionis debitæ secundum liberam actionem*. Quod fit dupliciter. *I. quando ipsa actio vel operatio libera & debita deest*, hoc est, quando ipsa operatio, quæ à nobis fieri debet, omittitur, & tunc dicitur *PECCATUM OMISSIONIS*. Ut, quando quis videt esurientem, cujus egestas tanta est, ut sibi non possit comparare, unde vivat, & quis habet, de quô ipsi possit subvenire, illud autem non facit, tunc dicitur committere peccatum omissionis. *II. quando adest quidem ipsa actio, & operatur homo aliquid sibi conveniens, sed in illâ actione est aliqua carentia perfectionis debitæ inesse*, ut videmus v. g. in furto. Furtum enim est actio, sed in illâ actione deest quædam perfectio. Debebat enim quis ea auferre, quæ sua sunt, & non aliena. Unde hoc dicitur *PECCATUM COMMISSIONIS.*

Sed potest hîc quædam moveri difficultas, *quòd detur etiam malum culpæ, quod non sit secundum liberam actionem*. Motus n. *primo-primi*, ut vocantur, sunt peccata, & sic malum culpæ. Ut quando alicui exsurgunt in corde pravæ concupiscentiæ, quas tamen nec vult, nec eligit, quos motus Pontificii non habent pro peccatis, sed nostri Theologi omninò esse peccata dicunt.

Proinde sciendum est, quod *carentia perfectionis debitæ secundum liberam actionem* habeat se vel *formaliter*, vel *virtualiter*. V. g. quando quis appetitu seô fertur ergâ uxorem alterius, fortassis propter formam insignem, tunc interdum fit, ut illud liberè faciat, vel saltem non cohibeat illam concupiscentiam, cùm possit, & tunc illa cõcupiscentia est actio libera formaliter, quia homo potest illâ promovere & non promovere. In motu autem primo-primô, quando se concupiscentia ingerit, statim autem cohibetur, tunc illa concupiscentia non est quidem formaliter libera, (quia non fertur super eam electio) est tamen virtualiter libera, quia licet non liberè edatur, potest tamen libere edi.

Deinde *malum pœnæ* dixi esse *quamlibet aliam carentiam boni debiti contractam ob culpam*, V. g. quando quis punitur membro aliquo corporis, & amputatur ei manus ob malum culpæ, tunc est carentia boni debiti contracta ob culpam, & est malum pœnæ. Etiam quando quis mulctatur pecuniâ, careréque post ablationem eâ pecuniâ, quam aliâs possidebat, tunc est illa carentia boni alicujus debiti, contracta ob culpam.

Sed hîc quis dicat, *dari adhuc tertium*, nempe *malum quoddam, quod nec culpæ est, nec pœnæ, ut afflictiones piorum, & castigationes liberorum.* Illæ enim priores etiam dicuntur à Pontificiis pœnæ, quia homini immittuntur à DEO propter peccata. Nostrates autem negant esse pœnam peccatorum. Videtur ergò hæc divisio obstare nostratibus.

Resp. Est hæc divisio *mali tantùm humani*, vel *quod homini competit, ut homo est*, quod notandum. Ad allatum dubiũ autem respondeo, quod *pœna* accipiatur bifariam. 1. *propriè*. 2. *latiùs vel impropriè*. Afflictiones piorum non sunt pœnæ propriè dictæ, sed tantùm impropriè. Differunt autem pœnæ propriè dictæ ab iis, quæ dicuntur impropriè, uti sunt afflictiones piorum, & castigationes liberorum in aliquibus, & conveniunt etiam in aliquibus: Conveniunt quidem in hôc, quod utraque pœna tâm propriè, quàm impropriè dicta dolorem pariat & tristitiam. Distinguuntur autem primùm fine, deinde causâ efficiente. Fine quidem, quia pœnæ propriè dictæ finis est vindicta & compensatio injuriæ; sed pœnæ impropriè dictæ finis est culpæ emendatio. Cautiùs enim quis mercari discit, & abstinet à peccato, propter quod fuit castigatus. Deinde causâ efficiente differunt, quia pœna propriè dicta infertur ex justitia, quæ sibi cupit satisfieri: sed castigatio vel afflictio provenit & immittitur ex animô paternô, vel curâ ac providentiâ paternâ. Concedimus igitur, quando malum pœnæ sumitur propriè, tunc dari tertium, nempe castigationem. Si autem accipiatur latè, ut castigationem quoque complectatur, sic non datur tertium.

TABULA XXIV.
DE PERFECTO.

REctè agitur post doctrinam de *BONO* doctrina de *PERFECTO*. Nam perfectum vel est ipsum bonum, vel valdè ei affine,

Sumitur autem *perfectum* vel *in concretô* vel *in abstractô*. Illo modo dicitur perfectum. 1. *per se & primariô*. Et hoc, ut docet Aristoteles *V. Met.*

cap. 16. text. 31. (quò etiam referri potest *text. 13. l. X. Met.*) tribus modis sumitur, nempe ut consistit 1. *In quantitate.* 2. *virtute.* 3. *consecutione finis.* Quid unumquodq; sit, satis explicatum dedimus in ipsô textu. Deinde dicitur aliquid *perfectum secundariò, & per habitudinem aut attributionem quandam ad priora.* Et sic iterum tribus modis dicitur aliquid perfectum; 1. *quia facit perfectũ*, uti e. g. informatio discipulorum potest dici perfecta, quia discipulos facit perfectos. 2. *quod habet id, quod est perfectum.* Quô modô lumen non est perfectũ in lucido, quia non habet perfectũ lumen. 3. *quod aliàs rei perfectæ aptatur, aut ex eâ denominatur.* Ut contemtus injuriarum dicitur perfectus, quia Viro magnanimo convenit, qui est perfectus in virtute.

Dicitur porrò aliquid perfectũ 1. ESSENTIALITER. 2. ACCIDENTALITER. Illud est, *cui nihil deest, quod ad ejus requiritur essentiam.* Quo modô omne ens est perfectum. *Accidentaliter* autẽ *perfectum* dicitur, *quod habet omnes perfectiones accidentales.* Et sic plurima entia non sunt perfecta. Nullus quidem homo est, cui desit aliquid, quoad ejus essentiam, cùm nullus sit, qui non sit substantia corporea, animata, sentiens, & prædita ratione. Sed fortassis nullus homo est, qui omnes habeat perfectiones accidentales. Est enim aliquis forsan prædito virtute morali, caret interim intellectuali. Et vix ullus est, qui omnes habeat scientias. Ac etiamsi forsan habeat, non tamen est in omnibus æquè perfectus. Inde fit, ut summi sæpè Viri, & qui supremum eruditionis fastigium censentur consecuti, errent in multis. Clariùs porrò, quid essentialiter, & quid accidentaliter perfectum sit exemplô ab Enthymemate desûmtô potest ostendi, quod in Tabellâ vide. Sequitur nunc aliquid de *abstracto*, quod est PERFECTIO.

Scholastici constituunt duplicem *perfectionem*, 1. *SIMPLICEM.* 2. *SECUNDUM QUID*, seu, ut à Cajetano dicitur, *perfectionẽ IN HOC AUT ILLO.* Illa (*perfectio simplex*) est, *quæ in suo proprio & formali conceptu importat perfectionem cum nullâ imperfectione.* Hanc descriptionem habet Cajetanus in *opusc. de ente & essentia.*

Ubi notandum, quod multa sint, quæ important quandam perfectionem. Imò non est positivum, quod nõ aliquâ perfectione constet. Verùm datur *perfectio cum imperfectione conjuncta.* V. g. natura humana est perfecta, quia constat animâ & corpore. Sed importatur quoq; eâ aliqua imperfectio, nempe compositio, quæ importat dependentiam ab aliquô, & sic est imperfecta. Sed simplex perfectio est, quæ planè nullam importat imperfectionem. Et talis est v. g. scientia.

Sed dicat quis: *Atqui scientia est ejusmodi perfectio, quæ cum imperfectione est mixta.* Est enim accidens, quod pendet à subjectô.

Verùm ad hanc objectionem sumenda est responsio ex verbis nostris, quãdo diximus, perfectionem simpliciter esse, quæ *in suo proprio & formali conceptu* perfectionem importat cũ nullâ imperfectione. Importat quidem scientia aliquam imperfectionem, sed non in propriô conceptu, verùm in conceptu generalissimô. Accidens n. esse, non est propria natura scientiæ, quia omnia accidentia in hôc conveniunt, quod sint dependenter à subjectô. Et proinde est hæc ejus (scientiæ) natura generica, & quasi transscendens. In propriô a. conceptu scientia nullam importat perfectionem. Ex adversô autem sunt res, quæ in propriô conceptu involvunt imperfectionem; Ut e. g. homo, qui etiam in proprio conceptu imperfectionem importat. Nam homo est compositus ex corpore & animâ, non ut animal est, sed etiam ut homo est, & *per naturam* suam est obnoxius corruptibilitati & aliis calamitatibus. Dico *per naturam.* Nam quoad statum primum, fuit ille supernaturalis, & non pertinuit ad naturam & essentiam hominis. Adhuc n. homo est essentialiter homo post lapsum. Quod ergò ibi non fuerit obnoxius calamitatibus, non factum est naturaliter, sed supernaturaliter.


Anshelmi definitionem perfectionis simplicis etiam adduximus, quæ hæc est: *Perfectio simpliciter est, quæ in quòlibet ente* (consideratô ut ens est) *melior est ipsa, quam in ipsa*, sive, quàm quodlibet ipsi repugnans. Explicatur hæc definitio à Scoto *c. I. dist. VIII. quæst. 1. controversiarum Parte I. controv. 27.* Cajetanô *in Comment. in lib. de ente & essentia Thomæ cap. 2. quæst. 3.* Johanne de Rhadâ, & omninò est exponenda.

Dicitur a. primò: *Melior est ipsa, quàm non ipsa.* Quæ non sunt accipienda contradictoriè, hôc sensu, quòd perfectio simpliciter sit in quôlibet melior ipsa, quàm non ipsa i. e. sua contradictoria est nuda negatio. Uti e. g. pulex est perfectior non-pulice formaliter. Sed hæc particula *NON IPSA* capienda est *positivè, pro eô, quod est impossibile.* Sensus ergò definitionis est: *Perfectio simpliciter est, quæ in quolibet melior est ipsa quàm non ipsa.* i. e. *quàm quolibet, quod ei repugnat, & cum eô simul esse non potest.*

Deinde addita hîc est vox *QUOLIBET*, quæ etiam exponenda. Dicat enim quis: *Sapientia est perfectio simpliciter. Sed in bove non est melior sapientia, quàm insipientia.* Si enim bos esset sapiens, haberet intellectum, (est enim sapientia tantùm in rebus intellectualibus) & per consequens nec animal irrationale, nec bos. E. hæc definitio non rectè se habet, quia sapientia, quæ est perfectio simplex, non est in quolibet melior, quàm non ipsa.

Resp. igitur, illa vox *IN QUOLIBET* potest sumi bifariâm. 1. *In quolibet ente, ut est ens.* 2. *in quòlibet secundùm specificum conceptum.* Quælibet enim res potest considerari vel in suâ specie, vel in ratione entis. Ut v. g. Petrus est hic homo, & est hoc ens. Hôc locô autem vox *QUODLIBET* sumenda est ita, ut cuilibet tribuatur non in specie, sed in *ratione entis.* Sic bos

cons-



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [201] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [202] - -

consideratur, vel ut est hic bos, & secundùm naturam bovis, vel ut est aliquod ens, & ut est aliquod entis individuum. Huic bovi, ut bos est, repugnat esse rationalem vel sapientem; & sic non est ei melius esse sapientem, quàm non sapientem, quia si sapiens esset, non esset bos. Quando autem bos consideratur ut ens, vel ut est individuũ entis, sic ei melius est esse sapientem, quàm non sapientem. Si enim esset ens sapiens, tunc esset substantia intellectualis, quod est longè præstantius, quam esse bovinæ naturæ. Neque enim bovi, ut ens est, repugnat esse sapientem.

Jam ergò ut ad definitionem redeamus, illa sic est intelligenda: *Perfectio simplex est, quæ est melior in quolibet ente,* (ut est ens,) *ipsâ, quàm non ipsa*, h. e. quàm quælibet perfectio, quæ cum eâ esse nequit.

Deinde *perfectio secundùm quid* sive *in hôc aut illô* est, *quæ in sûo proprio & formali conceptu importat perfectionem imperfectione mixtam.* Quæ definitio etiam est Cajetani, & ex jam dictis satis manifesta est.

Jam sequitur, ut paucis dicamus, *quotupliciter alteri insit perfectio.* Nempe perfectio alicui inest vel FORMALITER, vel VIRTUALITER. Hæc distinctio maximè est notanda. *Formaliter perfectio alicui inest, quando alteri, cui inest, competit definitio illius perfectionis, quæ inest.* Sic calor est formaliter in igne & calidâ aquâ, quia definitio caloris, quæ est, quod congreget homogenea, & disgreget heterogenea, illis competit. *Eminenter autem perfectio inesse dicitur, quando alicui, nõ formaliter quidem inest, inest ei tamen aliquid nobilius ipsa, cum virtute producendi eam.* Et hôc modô calor est in Sole. Non enim in Sole est qualitas elementaris, sed à Sole producitur calor per lumen, nempe si radii conduplicantur, producitur calor, qui in Sole non est, sed est à Sole. Et inde dicimus, calorem esse in Sole eminenter, quia in eô est aliquid præstantius, nempe lux, quod habet vim producendi calorem.

Notanter autem dicitur, *CUM VI PRODUCENDI.* Posset enim quis putare, cùm natura angelica sit præstantior naturâ humanâ, naturam humanam esse in angelis eminenter, quia angeli non constant quidem corpore organico, habent tamen naturam perfectiorem. Verùm hoc asseri non potest, quia requiritur, ut non modò aliquid insit præstantius, sed ut vis adsit quoq; rei, illud, quod minus præstans est, producendi. Jam autem angeli non habent vim producendi hominem. In Deo autem insunt omnes res & perfectiones, quæ sunt in creaturis, vel formaliter, vel eminenter. Formaliter quidem perfectiones simpliciter ut intellectus, voluntas, scientia, quia nihil horum in suô propriô conceptu importat imperfectionem quandam. Aliæ autem sunt in DEO eminenter, quia cùm aliquam perfectionem importent, non possunt in eô esse formaliter, sunt tamẽ in eô eminenter. Est enim in DEO natura longè perfectior, imô infinitiùs perfectior, quàm natura rerum creatarum, & simul habet DEus vim producendi omnes perfectiones â se distinctas. Dixi autem *perfectiones*, ut DEO denegem peccatum, quod nec formaliter, nec eminenter cadit in Deum, quia est imperfectio, aut perfectionis privatio.

Atq; sic hactenus GENERALEM METAPHYSICES PARTEM explicavimus. Et esset nunc quidem procedendum ad SPECIALEM. Quia autem illa in Logicis hactenus satis fuit declarata & explicata, hinc jam manum de Tabula moventes; cùm quô orsi sumus, cum eôdem quoque has nostras lectiones Metaphysicas finimus, laudes gratesq; DEO TRINUNI piè decantantes.

INDEX

INDEX PRIOR

TABULARUM ET DISCURSUUM.

Tabula I. A. de Constitutione Metaphysicæ, pag. 3.
In Discursus Proœmium, pag. 31.
Discursus super Tabulam I. pag. 32.
Tab. II. B. de Ente. pag. 4.
Discursus super eam, pag. 36.
Tab. III. C. de Potentiâ, pag. 6.
Discursus, - - pag. 41.
Tab. IV. D. de Actu, pag. 8.
Discursus, - - pag. 49.
Tab. V. E. de Principiô & Principiatô, pag. 9.
Discursus, - - pag. 52.
Tab. VI. F. de Causâ efficiente, pag. 10.
Discursus, - - pag. 54.
Tab. VII. G. de Materiâ, pag. 11.
Discursus, pag. 56.
Tab. VIII. H. de Elementô, pag. 12.
Discursus, - - pag. 58.
Tab. IX. I. de Formâ, pag. 13.
Discursus, - - pag. 59.
Tab. X. K. de Fine, pag. 14.
Discursus, - - pag. 62.
Tab. XI. L. de Distinctionibus quibusdam, omnibus aut pluribus saltim causarum generibus communibus, pag. 15.
Discursus, - - pag. 68.
Tab. XII. M. de Necessariô, pag. 17.
Discursus, - - pag. 72.
Tab. XIII. N. de Contingenti, p. 18.
Discursus, - - pag. 73.
Tab. XIV. O. de Vnô per se & per accidens, pag. 19.
Discursus, - - pag. 74.
Tab. XV. P. de Ente per se & per accidens, pag. 20.
Discursus, pag. 76.
Tab. XVI. Q. de Simplici & Compositô, pag. 21.
Discursus, - - pag. 78.
Tab. XVII. R. de Totô, pag. 22.
Discursus, - - pag. 79.
Tab. XIIX. S. de Parte, pag. 23.
Discursus, - - pag. 80.
Tab. XIX. T. de Vniversali & Singulari, pag. 24.
Discursus, - - pag. 81.
Tab. XX. V. de Eôdem & Diversô, pag. 52.
Discursus, - - pag. 84.
Tab. XXI. VV. de Generibus & Modis Distinctionis, pag. 26.
Discursus, - - pag. 86.
Tab. XXII. X. de Verô. pag. 27.
Discursus, - - pag. 88.
Tab. XXIII. Y. de Bonô, pag. 29.
Discursus, - - pag. 90.
Tab. XXIV. Z. de Perfectô. pag. 30.
Discursus, - - pag. 93.

INDEX

INDEX POSTERIOR,

RERUM IN DISCURSI-BUS TRADITARUM.

In quô positus numerus paginam, litera minor a. faciem paginæ primam, b. secundam, major autem partem cujusq; signat.

A.

A B intentione finis ad ejus executionem non valet consequentia. pag. 67. b. D.

Absolutâ necessitate necessarium quid? 72. a. F. 73. b. C. *excludit contingentiam.* ibid. D.

Absoluta potentia quid Thomæ? 45. a. E. *quid Scoto?* ibid. F. *sumitur dupliciter.* ibid. B. *absolutè sumta idem est quod omnipotentia.* ibid. C.

Absoluta & ordinata potentia in Deô differunt solùm ratione. ibid. b. A. B.

Absolutè denominare quid? 89. b. E.

Absolutè simplex quid? 79. a. B.

Absolutè sumtum singulare quid? 84. b. C.

Abstractionum à materiâ varia genera. 35. b. B. C. D. E. F.

Abstractio à materiâ sensibili realis duplex. 36. a. C.

Abstractio secundum indifferentiam. 36. a. D.

Accidens cum subjectô non facit ens per se. 76. b. F. *est ens per se.* 77. a. C. *est vel simplex, vel compositum* ibid. B. *compositum iterum tale vel per intensionem, vel per extensionem.* ibid. E.

Accidens dicitur omne id, quod non est essentia, aut de essentiâ rei. 91. b. C.

Accidentalis forma quid? 61. a. B. *constituit ens per accidens.* ibid. *unica sufficit ad pura prædicata essentialia.* 62. b. B. C.

Accidentaliter bonum quid? 91. b. A. *perfectum quid?* 94. a. B.

Accidentaliter perfectum & bonum omne ens non est. 91. b. B. 93. a. B. 94. a. C.

Accidentaliter subordinatæ causæ quæ? 72. b. B.

Acquisita potentia quæ? 47. b. F.

Actio Metaphorica quid? 64. a. D. *competit fini.* ibid. E.

Actio Metaphorica licet sit causalitas finis, ideò tamen finis causalitas non dicenda est causalitas Metaphorica. 64. b. C. D.

Actiones, quæ fiunt ob finem, sunt causata finis. 63. a. C.

Activa potentia quid Aristoteli? 42. a. A. *quid Mendozæ?* ibid. b. D. *quid Autori?* ibid. *activa simpliciter quæ?* 48. b. C. *activa benè & perfectè quæ?* ibid. *activa purè quæ?* 46. a. F. *activa & passiva simul quæ?* ibid. *activa universalis quid?* 47. a. C. *particularis quid?* ibid.

Actu esse, & actum esse, differunt. 51. b. B.

Actu esse in multis, non est de essentiâ universalis: 82. a. B.

Actu causa quid? 68. a. C.

Actu ut elementum sit in cô, cujus est elementum non requiritur, sed sufficit, si insit potentia. 58. b. B.

Actu tale ex tali potestate facere, dici potest dupliciter. 59. a. E.

Actus Aristoteli ἐντελέχεια *&* ἐνέργεια *dicitur.* 49. a. E. *quid sit?* 50. a. E. *non potest accuratè describi.* ibid. b. B. *ejus natura ex actibus specialibus est cognoscenda.* ibid. B. *cum potentiâ ut conjunctus sit, est impossibile.* 51. b. E. *potentiæ quomodo opponatur.* ibid. D. *est vel purus, vel non purus.* 50. b. E. *formalis vel entitativus.* 51. a. A. *primus vel secundus.* ibid. D. *signatus vel exercitus.* ibid F.

Actus divisio in signatum & exercitum apud Aristotelem non habetur. 51. b. A.

Actus primus & secundus dicuntur dupliciter. 51. a. A.

Actus appetitus, quô ad aliquid ut finem movetur, consideratur dupliciter. 64. a. A. *quomodo causalitas efficientis, & quomodo causæ finalis?* ibid. B. C. D.

Adæquate totum quid dicatur? 81. b. A.

Adæquatum objectum quod? 34. a. D. *terminat limites disciplinæ* 35. a. E.

Adæquatum objectum Metaphisicæ non est ens quat. Ens, ut quidem pervulgatissima sententia statuit, 34. b. D. E. F. & pag. seq. *est verò ens, quatenus re & ratione à materia sensibili est abstractum.* 35. b. A.

Adamum non peccasse, non est simpliciter impossibile. 49. b. C.

Ad causalitatem à necessitate non valet consequentia. 73. b. A.

Ad executionem finis ab ejus intentione non valet consequentia. 67. b. D.

Æger est Medici finis cui. 65. b. B.

Aër, ignis, aqua & terra non sunt elementa simpliciter. 58. a. E. *sintne in mixtis actu, an potentia?* ibid. b. B.

Æquale est cognatum Ejusdem. 85. a. E.

Æqualia quæ propriè? 82. a. F. 85 a. E. *dicuntur etiam, quorum eadem est substantia, & substantialis perfectio, vel intensio & remissio qualitatum.* 82. b. B.

Æqualiter contingens quid? 73. b. F.

Æquivoca ac analoga si definiuntur, potest mentio fieri divisionis. 52. a. C.

Æquivoca causa quid? 55. a. F. *potest producere effectum ejusdem quidem speciei, sed non specialissimæ.* ibid. b. A.

Æquivoca causa & effectus æquivocus, quando dicantur? 54. b. D.

Affectio quid? 49. a. B. *est vel simplex vel disjuncta.* ibid. D. E.

Affectiones entis simplices priùs considerandas aliqui putant. 41. a. C.

Afflictiones piorum sunt pœnæ impropriè dictæ. 93. b. D. *quomodo cum castigationibus liberum conveniant, & quomodo ab iis differant?* ibid.

Agendi virtus nonnunquàm ab aliquo datur, à quo tamen non conservatur. 71. a. E. *nonnunquàm conservatur, licet non fuerit data.* ibid. *nonnunquàm & datur & conservatur.* ibid.

Agens mediatum & immediatum à quo dicatur? 71. a. A. *utrumq; est duplex.* ibid. *mediatum aliquando est tantùm mediatum mediatione virtutis, aliquando autem simul immediatum immediatione virtutis.* ibid. b. B. *mediatum mediatione virtutis non est vera causa physicè.* ibid. D.

Agens naturale non potest suspendere actionem, quamdiu adsunt ad agendum requisita. 44. b. A. *agit ad extremum suarum virium.* ibid. B. *propriè non dicitur habere exemplar.* b. a. F.

Agentes unum, unum sunt impropriè. 76. a. B.

Agentis motio à fine quomodo fiat? 64. a. A.

Agere liberè quid? 65. a. A.

Agere ob finem aliquid dicitur vel primariò, vel secundariò. 64. b. F. *primariò iterum vel perfectè, vel minus perfectè.* ibid.

Alba charta per unam formam est alba, colorata, & affecta qualitate. 62. b. B.

Alienans appositum. 68. a. B.

Aliquid & nihil opponuntur. 38. a. E. *duplicem habet originationem secundum Scholasticos.* ibid. B. C. *sumitur nonnunquam latißimè.* ibid. B. *aliquando idem notat quod ens, aliquando idem quod aliquod ens.* ibid. a. F. *nunquam significat aliud quid.* ibid. b. C.

Aliud quid importet? 42. b. D. E. 53. b. A.

Alteri bonum quid? 90. b. E.

Alteri malum quid? 92. b F.

Alterius ratione bonum est bonum utile. 92. a. D.

Amabile dividit Aristoteles in honestum, utile & jucundum. 91. b. F.

Amara potio est bona ratione sanitatis. 92. a. A.

Ambulare importat paßionem aliquam, adeoq; non continetur sub objecto omnipotentiæ. 47. b. A.

Ambulare etsi non poßit Deus, potest tamen facere ambulare. 47. b. A.

Analoga & æquivoca si definiuntur, potest mentio fieri divisionis. 52. b. C.

Analogia à simili distinguitur. 74. a. F. b. A. *est similitudo geminata vel duplex.* ibid. *requirit quatuor terminos.* ibid. a. F.

Analogiâ idem quæ? 85. 2 B. *multa quæ?* 76. b. C. *diversa quæ?* 85. b. F. *unum quæ?* 75. a. F.

Analogum per se positum stat pro significatu famosiori. 52. a. D. (73. b. A.

A necessitate ad causalitatem non valet consequentia.

A negatione consecutionis finis, ad negationem intentionis non valet consequentia. 67. b. D.

Angelus a materiâ re & ratione est abstractus. 35. b. F. *est absolutè simplex.* 79. a. B.

Anima & actu est, & actus. 51. b. C. *est totum potestativum.* 80. a. D.

Anima rationalis est absolutè simplex. 79. a. B. *quoad esse absolutum non est causatum materiæ.* 56. b. B. *est autem causatum ejus, ut est forma* ibid. C. *quando separata est à corpore, non est causa formalis.* ibid. a. F. *non dependet à materia in fieri.* 62. a. E. *nec in esse.* ibid. *dicitur Philosopho id quo cognoscimus, & id quod cognoscit.* 53. a. A.

Animam rationalem formam hominis adsistentem esse Averrhoës statuit. 60. b. F.

Animam rationalem Christo denegârunt Apollinaristæ. 91. a. E.

Animam rationalem licet produxerit Deus in corpore Adami, non tamen produxit dependenter à corpore. 62. a. E.

Animas rationales omnes simul & semel creâsse initiò Deum, postmodum, in corpora tanquam carceres detrudere, dicunt Platonici. 62. a. E. 68. A. E.

Animal in homine & bruto divisum esse essentialiter, dicitur ambiguè. 84. a. C.

Animalia agunt ob finem primariò. 65. a. A.

Anshelmi definitio perfectionis simpliciter. 94. b. C.

Ανωμοιομερὲς *totum quid?* 61. b. B. 69. b. F.

Apollinaristæ refutantur. 49. b. C. 91. a. E.

Apparens bonum sumitur dupliciter. 92. b. C.

Appetibilitas non est boni ratio formalis, sed tantùm proprietas. 90. a. F. *ejus causa est convenientia.* ibid. b. E.

Appetitus æquè movetur bono apparenti, quàm verò 63. b. D. *versatur etiam circa id, quod non est,* 64. a. F.

Appetitus in quibus rationi dominatur, ii agunt more brutorum. 65. a. B. *non agunt ob finem exquisitè.* ib.

Appetitus sensuivus est potentia activa & passiva simul. 64. a. B. *in homine potest dici liber per participationem.* 44. b. F.

Applicare agens ad patiens, vel patiens ad agens, refertur ad causam mediatam mediatione virtutis. 71. b. A.

Appositum alienans. 69. a. A.

Approximatio aquæ ad ignem est causa sine quâ non calefactionis aquæ. 68. b. D.

Aptatum rei perfectæ dicitur perfectum secundariò. 94. a. B.

Aptitudo inessendi multis, ad universale sufficit. 81. a. C.

Aptum esse terminare falsam sui cognitionem quid? 90. a. B.

Aqua, ignis, aër & terra non sunt elementa simpliciter. 58. a. E. *sintne in mistis actu, an potentiâ?* ibid. b. B.

Aquæ bonum naturale non est calor. 92. b. B.

Argentum non potest dici falsum aurum. 90. a. C.

Aristoteles non cognovit creationem. 42. b. C. 43. a. B. *non definivit omnia.* 51. a. D. *meminit causæ per accidens.* 69. b. E. *quæ vocet differre vel distingui ratione?* 86. b. C. *non tradidit distinctionem modalem.* 87. b. E. *non posuit in primâ mentis operatione veritatem.* 88. b. D. *non dixit verum & bonum esse attributa entis.* 90. a. E. *non divisit bonum in honestum, utile & jucundum.* 91. b. F.

Affe-

Armandus de Bellò visu refutatur. 48. a. C.
Ars medendi in Medicô, etiam dum seipsum curat, est potentia activa, secundum quod hanc definit Aristoteles. 42. a. E.
Arte continuum est magis continuum. 75. a. B.
Artes effectrices non pertinent ad secundam speciem qualitatis, sed ad primam. 41. b. C. (D. E.
Artium instrumenta effectiva quid ac quæ? 55. a.
Assistens forma quid? 60. b. E. *non est forma propriè dicta.* ibid.
Attribui & attributum dicuntur tripliciter. 39. b. F. & 40. a. B.
Attributum propriè dictum quid? 40. a. b.
Attributum entis rectius dicitur, quàm affectio, passio vel proprium. 39. b. F. *simplex quid?* 40. a. D. *disjunctum quid?* ibid. E.
Attributa entis simplicia aliqui ante disjuncta consideranda putant. 41. a. C.
Attributa divina ab essentia divina & à se invicem non ratione, sed formaliter ex natura rei distingui docent Scotistæ. 87. b C.
Averrhoës, Themistius, & alii statuerunt, animam rationalem esse formam hominis adsistentem. 60. b. F. 61. a. A.
Augmentativa potentia in homine non potest dici libera per participationem. 45. a. C.
Aurora est principium, sed non causa diei. 53. a. D.
Automaton agit ob finem secundariò. 65. a. E.

B.

Beatifica Dei visio est actus vitalis intellectus. 48. a. D. *est finis hominis ultimus formalis.* 66. b. C.
Becanus refutatur. 46. b. E.
Bibere importat passionem aliquam, adeoq; non continetur sub objecto omnipotentiæ. 46. e. A.
Bibere etsi non posset Deus, potest tamen facere bibere. ibid.
Bonitas quô modô in veram ac apparentem distingui possit, & quo modo non possit? 62. b. C. E.
Bonum esse Entis attributum, non potest firmiter probari. 40. a. E. 90. a. E. *nec dixit Aristoteles.* ibid. *consideratur tamen in Metaphysicis nihilominus ob universalitatem suam.* ibid. *formaliter non importat potentiam activam.* 64. a. E. *non rectè describitur id, quod omnia appetunt.* 90. a. F. *est causa tẽ appeti.* ibid. *est vel bonum alteri, vel bonum in se.* ibid. b. D. *in se & formaliter spectatum, consistit in perfectione inesse debitâ.* 91. a. A. *materialiter spectatum quid ac quotuplex?* ibid. D. & b. D. F. *bonum honestum, utile ac jucundum.* ibid. b. E. F. 63. b. A. *bonum vel ratione sui, vel ratione alterius.* 92. a. D. *morale & naturale.* ibid. F. 63. b. A. *apparens vel verum.* ibid. b. A. 92. b. B.
Bonum non est, quod alterum destruit. 91. a. C.
Bonum simul & malum aliquid esse potest. 63. a. F.
Boni divisio in honestum, utile ac jucundum non est in diversas res. 92. a. F.
Bruta agunt ob finem primariò minus exquisitè. 65. a. A. *non agunt liberè.* ibid. B.
Brutis quô sensu competat libertas? 43. b. C. *quo sensu denegetur?* ibid. D. 44. b. C. *quo pacto melius sit habere scientiam, & quo pacto non?* 95. a. A.
Brutorum more agunt pueri, & ii, quorum appetitus rationi dominatur. 56. a. B.
Brutum & homo non sunt propriè diversa, sed differentia. 85. b. D.

C.

Cadaver licet non sit homo, rectè tamen dicitur homo mortuus. 68. b. F.
Cajetanus refutatur. 37. a. B. 88. a. F.
Calamus agit ob finem secundario. 65. a. C.
Calor est potentia, ut sumitur hæc transcendentaliter. 41. b. E. *est in tertiâ qualitatis specie.* ibid. C. *non est bonum naturale aquæ.* 92. b. B. *formaliter est in igne, eminenter in Sole.* 95. a. C. D.
Calvi non sunt mutili. 80. b. D.
Capreolus refutatur. 43. a. F.
Caput non est elementum corporis. 58. a. D.
Caput rerum præstantißimarum & honore dignißimarum dum sapientia habere dicitur, quid per caput intelligatur? 33. b. C.
Caro non potest dici elementum corporis. 58. a. D.
Castigationes liberorum quomodo cum afflictionibus piorum conveniant, & quomodo ab iis differant? 93. b. D. E.
Categorica propositio simplex est respectu certi generis rerum. 79. b. B.
ad Causalitatem à necessitate non valet consequentia. 73. b. A.
Causalitas finis consistit in motione agentis ad agendum. 64. a. A. *dicitur motio Metaphorica.* ibid. C. *licet sit motio vel actio Metaphorica, non tamen est causalitas Metaphorica.* ibid.
Causalitas formæ est unio formæ cũ materia. 59. b. A.
Causalitas materiæ tùm respectu compositi, tùm respectu formæ in fieri est passio. 56. b. E. *respectu eorum in facto esse Suarezio est unio ejus cum forma.* ib. F. *respectu formæ in facto esse est dependentia hujus in esse à materiâ secundum ipsius potentiam passivam.* 57. a. B.
Causa & causatum sunt signum distinctionis realis. 86. A. F.
Causa & principium differunt ut genus & species. 53. a. D.
Causa non est genus univocum. 54. A. F.
Causæ ratione contingens rarò quid? 75. a. B.
Causæ definitio. 53. a. E. *distinctio in causam actu, & causam potentiâ.* 68. a. C. *in causam veram & causam sine quâ non.* ibid. F. *in causam per se & causam per accidens.* 69. a. B. *divisio in totalem vel solitariam, & partialem vel sociam.* 70. a. E. *mediatam & immediatam.* ibid. b. F. *remotam & proximam.* ibid. *universalem & particularem.* 71. b. F. *subordinatam & non subordinatam.* 72. b. B. *coordinatam & non coordinatam.* ibid. C.
Causæ efficientis definitio Aristotelis. 54. a. C. *rejicitur.* ibid. *divisio in physicam & moralem.* ibid. D. *principalem & instrumentalem.* ibid. b. C. *univocam & æquivocam.* 55. a. F. *liberam & naturalem,* ibid. b. B. *internam & externam.* ibid. D. *primam & secundam.* 56. b. A.

Causa efficiens non ingreditur constitutionem sui causati. 56. a. A.
Causam internam vel externam esse, & causam efficientem externã vel internã esse, differunt. 55. b. A.
Causam efficientem esse causam externam, & internam efficientem non pugnant. 56. b. A.
Causæ distinctio in causam per se & per accidens non est nova. 69. b. E.
Causæ per accidens meminit Aristoteles, Philoponus, & Themistius. ibid.
Causa per se & per accidens in genere nõ possunt describi. 69. a. B. *respectu subjecti & respectu effectus dicuntur æquivocè.* ibid. D. *per se est talis vel ex parte causæ, vel ex parte effectus.* ibid. C. *per accidens est talis vel ex parte causæ, vel ex parte effectus.* ibid. *per accidens ex parte causæ est vera causa.* 70. a. A. *per accidens ex parte effectus, quatenus est causa per accidens, non est vera causa.* ibid. E. *est talis vel ratione influxus, vel ratione intensionis.* 69. a. F. *per accidens physica & moralis quæ?* ibid. b. A.
Causæ essentialiter subordinatæ certô modô possunt dici causæ partiales. 70. a. E. *strictius tamen sumendo causam partialem, nulla est partialis, sed quælibet totalis.* ibid. b. D. E. (b. F.
Causa externa ac interna dici possunt dupliciter. 55.
Causa mediata ac remota, proxima item ac immediata videntur idem. 70. b. E. *quid sint?* ibid. F. *à quô dicantur?* 71. a. A.
Causa partialis & totalis sumuntur dupliciter. 70. a. E. *strictius sumta quæ?* ibid. F. & b. D.
Causarum partialium utraq; per se illum effectum, cujus ratione alterius simul concurrentis causa partialis dicitur, potest producere. 70. b. C.
Causarum duarum potest esse una causalitas. 59. b. E.
Causas secundas respectu primæ aliqui dicunt instrumenta. 55. a. A.
Causa sine qua nõ in quibus consistat? 68. b. B. C. *an sit vocanda conditio, nõ autẽ causa sine quâ nõ?* ib. F.
Causata materiæ sunt forma & compositũ, & utrumq; tàm in fieri, quàm in facto esse. 56. a. D.
Causatum materiæ dicitur materiatum. 59. b. A. *formæ formatum.* ibid. *finis non dicitur finitum.* 63. a. C. *est id quod est propter finem.* ibid. *suntq; tum res, tum actiones.* ibid.
Certa ratione simplex quod est, est tale vel respectu certi generis rerum, vel respectu certi generis compositionis. 79. a. B.
Charitas non est naturalis habitus. 47. b. F.
Charta alba per unicam formam est alba, colorata, & affecta qualitate. 62. b. B.
Christus non esset homo, si careret animâ rationali. 91. a. E.
Circulus definitur non factâ mentione materiæ sensibilis. 35. b. F.
Cœcitas duo significat, alterum in recto, alterum in obliquo. 40. b. D. *est aliquid privativum* ib. A.
Cœcus & videns unus idemq; dici potest. 81. a. D.
Cogere aliquem ad aliquid faciendum refertur ad causam mediatam mediatione virtutis. 71. b. A.
Cognitio nostra oritur à sensibus. 32. a. F.
Cognitio veritatis est finis Logicæ formalis. 66. b. F.
Cognitionis prima & universalissima principia quæ? 31. b. A.
Commissionis peccatum quid? 93. a. D.
Communis pars Metaphysicæ de quibus agat? 36. b. D.
Communitas & unitas sunt de ratione universalis. 81. b. F.
Comparata ad unum sunt unum impropriè. 76. a. C.
Completæ substantiæ tàm simplices quam compositæ sunt unum per se. 77. a. C.
Complexa veritas non rectè dicitur. 90. b. A.
Complexum necessarium quid? 72. a. D.
Compositio notat terminum unitionis, & dicitur aliàs unio. 78. a. F. *est vel realis vel rationis.* ibid. *realis species vel modi.* ibid. b. E. D. *ex genere & differentia quæ?* ibid. C. *ex materia ac forma quæ* ibid. C. *ex partibus integrantibus.* ibid. E. *ex gradibus per intensionem.* ibid. *ex essentia & subsistentia.* ibid. *ex existentia & subsistentia.* ibid.
Compositio ex materia & forma, partibus integrantibus, natura item ac hypostasi in homine non impedit, quo minus homo sit ens per se. 76. b. E. F.
Compositionem realem in Deo statuunt Scotistæ, dum attributa divina à se invicem & ab essentia divina formaliter ex natura rei distingui asserunt. 87. b. C. D.
Composita forma quid? 61. a. D. F.
Compositi termini qui? 84. b. F.
Compositum dum dicitur, intelligitur compositum ex aliquibus. 78. a. D. *licet sit indivisum actu, est tamen divisionis capax.* ibid. C. & 74. b. E. *opponitur & simplici & partibus.* 78. a. D. *an tot habeat formas, quot sunt prædicata essentialia?* 62. b. A. *habere plures formas realiter distinctas non repugnat.* ibid. E.
Compositum accidens est tale vel per intensionem, vel per extensionem. 77. a. E.
Conceptus simplices habent veritatem analogicè. 89. b. B.
Conditionalis propositio est eôdem cum categoricâ compositionis genere composita. 79. b. A. *est composita ex rebus certi generis.* ibid. B.
Conimbricenses refutantur. 71. a. A. B. C. D.
Consecutione finis perfectum quid? 94. a. A.
Consequentiæ & consequentis necessitas quid? 73. b. B.
Contemtus injuriarum quomodo dicatur perfectus? 94. a. B.
Contingens quid? 73. a. E. *sumitur bifariam.* ibid. *latiùs sumtum complectitur etiam necessarium & opponitur tantùm impossibili.* ibid. *strictiùs sumtum opponitur & impossibili, & necessario.* ibid. b. E. *definitur ex Aristotele.* ibid. *distinguitur in id, quod est, & potest non esse, & id, quod non est, potest tamen esse.* ibid. *in contingens æqualiter, ut plurimùm & raro.* ibid. F.
Contingentiam non excludit necessitas ex hypothesi. 73. b. D. *excludit autem id, quod est necessarium absolutè.* ibid.
Continuitate multa quæ? 76. b. B. *unum quid?* 75. a. B.

Conti-

Continuum arte ac naturâ. 75. a. B.
Conveniens alteri aliquid est vel ut forma. 90. b. E. *vel ut materia.* ib. *vel ut per modum efficientis.* ib. F.
Convenientia est causa appetibilitatis. 90. b. E.
Coordinatæ causæ quæ? 72. b. C.
Corpora naturalia reipsa nec à materia universali, nec à particulari sunt abstracta. 34. b. D.
Correlata si non habent nomen, quomodo debeant esse comparata? 53. b. E.
Correlatum principii est principiatum. 53. b. E.
Corrumpens quatenus corrumpens bonum non est. 91. a. C.
Creationem non cognovit Aristoteles. 42. b. C. 43. a. B.
Creatura non est mala, quòd caret perfectione divina. 91. a. B. *ut sit bona simpliciter, quæ requirantur?* ibid. b. D.
Culpa malum quid? 93. a. B. *est duplex.* ibid. C. D

D.

Dare esse formaliter & efficienter quid? 59. a. E.
Definitio non est entis Synonymum. 36. b. F.
Definitio omnium non est quærenda. 37. a. F. 40. a. F. 50. a F. 51 a. D.
Definitio univocorum non continere debet divisionem, nec particulam disjunctivam. 52. a. C.
Delectationis ratione bonum est bonum jucundum. 92. a. D.
Demonstrationes primæ dicuntur Elementa demonstrationum sequentium. 58. b. C.
Denominare absolutè & cum appositò quid? 89. b. E. F.
Denominativè quando aliquid de aliquo prædicatur, tunc abstractum non semper reipsa aliud est ab eo, de quo prædicatur. 39. b. C.
Denominativè de Deo an prædicentur Ens, justum, sapiens, omnipotens, &c.? 39. b. D.
Denominativum non de omni, de quò prædicatur, etiam denominativè prædicatur, sed sæpè quoque essentialiter. 39. b. A.
Denominatum à re perfecta dicitur perfectum secundariò. 94. a. B.
Dens leonis agit ob finem secundariò. 65. a. C.
Dependentia formæ à materia in esse secundum ejus potentiam passivam, est causalitas materiæ respectu formæ in facto esse. 57. a. B.
Dependentia formæ materialis à materia in operari, non pertinet ad rationem formalem eductionis ejus è potentia materiæ 62. a. D.
Destruens quatenus destruens bonum non est. 91. a. C.
Dei potentia creativa est activa. 42. b. B. *ei tamen non competit definitio potentiæ activæ Aristotelica.* ibid. C.
Deo non inest potentia obedientialis. 48. a. F. *competit potentia effectiva vel activa.* 41. b. D. *illa verò non spectat ad ullam qualitatis speciem.* ibid. *est purè activa.* 46. a. F. *insunt omnes perfectiones, quæ in creaturis sunt, vel formaliter, vel eminenter.* 95. b. B. C. *peccatum nec formaliter nec eminenter inest.* ibid.
de Deo an aliquid in concretò prædicari possit? 39. a. D. E. *non agitur in Metaphysicis, ut in Sacrosanctâ Theologiâ.* 33. b. A. *quomodo verò agatur?* ibid.
Deum simplicissimũ esse negant Scotistæ, dum attributa divina ab invicem, & ab essentiâ divina formaliter ex naturâ rei distingui docent. 87. b. C. D.
Deus continetur sub Ente, & ita ens est. 39. a. B. *à materia abstractus est re & ratione.* 35. b. F. *abstractus est per essentiam.* 36. a. C. *rectè dicitur justus, omnipotens, sapiens, bonus, &c.* 39. a. E. *solus est actus purus.* 50. b. E. *causa prima.* 56. b. A. *bonus simpliciter.* 91. b. D. *finis hominis ultimus objectivus.* 66. b. C. *transcendit res naturales perfectione & causalitate.* 33. a. C. *secundum Dunndum actionum nostrarum solùm causa media est mediatione virtutis.* 71. b. C. *secundum Scholasticos verò alios, & nostrates etiam Theologos est etiam causa immediata immediatione virtutis.* ibid. *non est subjectum Metaphysicæ adæquatũ, sed tantùm inadæquatum.* 33. b. B. *non habet principia essendi.* 39. a. B. *quomodo inter possibilia numerandus, & quomodo non?* 46. a. D. *quando aliquid creat, non est principium motus.* 54. a. C. *non potest facere, ut aliquid simul sit & non sit,* 32. b. B. *ut bis duo non sint quatuor.* 46. a. B. *ut factum non sit factum.* ibid. *non potest facere Deum.* ibid. D. *non potest edere, bibere, ambulare,* ib. F. & b. A. *nec informare materiam.* ibid. B. *nec mentiri.* ibid. F. *si posset mentiri aut injustè agere, nõ esset summè perfectus.* 46. b. F. 47. a. A. 49. b. B. *an hoc vel illud possit facere, nõ semper nobis constat.* 47. a. A. *quod aliqua nõ potest, nihil detrahit ejus omnipotentiæ.* 32. b. B. *ut non possit ambulare, edere ac bibere, potest tamen facere edere, bibere ac ambulare.* 46. b. A. *potest omnia possibilia, quæ non important defectum & imperfectionem.* ibid. F.
Differentia & diversa quomodo differant? 85. b. C.
Differentia generica prædicatur de specie essentialiter. 39. b. B.
Difformis formæ latitudo quid? 77. b. E. *est vel uniformiter difformis, vel difformiter difformis.* ibid. *difformiter difformis est iterum vel uniformiter difformiter difformis, vel difformiter difformiter difformis.* ibid. F. & 78. a. A.
Dignior & præstantior disciplina ratione objecti quæ? 31. a. C.
Dignitas ac præstantia disciplinarum vel ex objecto, vel ex modo tractandi sumitur. 31. a. B.
Diminutio formæ quid? 77. a. F.
Disciplinæ aliæ præter Metaphysicam an sint partes Metaphysicæ? 35. a. B.
Disciplina dignior aliis ratione objecti quæ? 31. a. C.
Disciplina dignior altera ea est, quæ habet ac cognoscit ejus finem ultimum. 31. b. A.
Disciplinæ dignitas ac præstantia vel ex modò tractandi, vel ex objectò sumitur 31. a. B.
Disciplinæ Mathematicæ excellunt alias quà mo-

dum tractandi. 31. a. B. *sunt autem inferiores Metaphysicâ quà objectum.* ibid. D.
Disjunctum Entis attributum quid? 40. a. D.
Dissimilare totum quid? 61. b. B. 79. b. F.
Dissimilaris pars pars quid? 80. b. E.
Dissimilares partes viventium dicuntur instrumenta. 55. a. B. *non sunt corporis elementa, sed materia,* 58. a. B. C. D.
Distinctionum duo summa sunt genera. 86. a. B.
Distinctio essentialis quid? 87. a. D. *formalis quid?* ibid. E.
Distinctio ex naturâ rei Scotistarum quid? ib. b. A. *formalis ex naturâ rei Scotistarum quid?* ib. B.
Distinctio modalis quid? 88. a. B. *quomodo realis, & quomodo non?* ibid. b. A. B. *ab Aristotele tradita non est, nec à vetustioribus Scholasticis.* 87. b. E.
Distinctio rationis quid Aristoteli? 86. b. C. *quid Scholasticis?* ibid. B. *Aristotelica latiùs patet, quàm quæ à Scholasticis traditur.* 87. a. A. *non opponitur distinctioni reali.* ibid. B.
Distinctio realis quæ? 86. a. C. *quæ Scholasticis?* ibid. D. *quæ Scotistis?* 87. b. B. *ejus signa.* 86. a. E.
Distinctio secundum rem quæ Scholasticis. 87. b. F.
Diversarum rerum potest una esse ratio formalis. 59.
Diversum & idem dividunt omne ens. 84. a. D. (b. E.
Diversum sumitur dupliciter. 85. b. C. *strictim sumtum à differenti distinguitur.* ibid.
Diversum analogiâ. 85. b. F. *genere.* ibid. E. *numerô.* ibid. *specie.* ibid. F.
Divina attributa à divinâ essentiâ, & à se invicem non ratione, sed formaliter ex naturâ rei distingui docent Scotistæ. 87. b. C.
Divina natura licet sit in tribus personis, non tamen est universale aliquid. 82. b. C.
Divinitatis personæ differunt inter se realiter, & ex mente Aristotelis etiam ratione. 87. a. E.
Divisibilitas non est aliquid reipsâ distinctum à quantitate, nec prior divisibili reipsâ. 39. b. D.
Divisum aliquid in multis, & in iis non divisum esse, aliâ atq; aliâ ratione non pugnant. 83. b. D.
Doctrinæ ordo sumitur à meliori nostrâ cognitione. 68. a. C.
Duarum diversarum rerum potest una esse ratio formalis. 59. b. E.

E.

EAdem quæ propriè dicantur? 82. a. F. *dicuntur etiam de qualitatibus.* 82. b. E.
Ecclesia est totum dissimilare. 80. a. A.
Eclipses ratiò contingentes sunt ratione temporis solùm. 74. b. A.
Edere importat passionem quandam, adeoque non continetur sub objectô omnipotentiæ. 46. b. A.
Edere etsi non possit Deus, potest tn. facere edere. ibid.
Eductio formæ materialis è potentiâ materiæ quid? 61. a. D.
Effectiva instrumenta quid ac quæ? 55. a. D. E.
Effectus æquivocus ac causa æquivoca quando dicantur? 54. b. D.
Effectus univocus ac causa univoca quando dicantur? ibid.
Efficiendus finis quid? 66. b. F. *sæpè coincidit cum formali.* 67. a. B.
Efficiens & finis sunt principia externa. 53. b. D. *cur non sint elementa?* 58. a. C. *non possunt constituere ens per se.* 77. a. A.
Efficiens esse causam externam, & causam efficientem internam, non pugnant. 56. b. A. (a. D.
Efficiens quomodo det esse rei, & quomodo non? 59.
Efficiens mediata & immediata. 70. b. F. *mediata talis vel mediatione virtutis, vel mediatione suppositi, & immediata talis vel immediatione virtutis, vel immediatione suppositi.* 71. a. A. *Mediata mediatione virtutis, aliquando est tantùm mediata mediatione virtutis, aliquando autem simul immediata immediatione virtutis.* ibid. b. B.
Efficientis ratione necessarium quid? 73. a. A.
Efficienter dare esse quid? 59. a. E.
Elementa physica, aër, ignis, aqua atque terra, non sunt elementa simpliciter. 58. a. E. *sintne in mixtis actu, an potentiâ?* ibid. b. B. (E. & B. C.
Elementorum tria exempla ab Aristotele posita. 58. a.
Elementum in latissimâ significatione quid? 58. a. B. *quæ importet?* ibid. C. D. *à materiâ quomodo differat?* ibid. B. *non necesse est, ut actu sit in eô, cujus est elementum, sed sufficit, si insit virtute aut potentiâ.* ibid. *sumitur nonnunquàm translatitiè.* ibid. E.
Eligibile triplex Aristoteli, honestum, utile & jucundum. 91. b. F. (*sit?* 95. a. D.
Eminenter perfectionem aliquam alicui inesse quid ἐνέργεια *aliquando actionem vel operationem significat, aliquando idem quod* ἐντελέχεια. 49. b E. F.
ἐνέργεια *causa quid?* 68. a. C.
Ens non est genus univocum, sed πρὸς ἕν. 85 b. D. *de substantiâ & accidente non prædicatur denominativè.* 39. b. E. *in suâ latitudine sumtum quomodo à materiâ sensibili sit abstractum?* 36. a. D. *quatenus ens, subjectum Metaphysicæ adæquatum esse, pervulgatissima sententia statuit.* 34. a. A. *quod non esse demonstratur.* ibid. D. E. F. & pag. seq. *nec id statuit Aristoteles.* 36. b. B. *quatenus autem à materiâ sensibili re & ratione est abstractum, est objectum adæquatum Metaphysicæ.* 35. a. F. *idque secundum Aristotelem.* 36. b. C. *non habet principia essendi.* 38. b. F. *sed tantùm principia cognoscendi.* ibid. b. E. *illa quæ sint?* ibid. *ratione unitatis distinguitur in ens per se ac per accidens.* 76. a. D. *in simplex ac compositum.* 78. a. C. *idem ac diversum.* 84. a. D.
Ens omne est bonum essentialiter. 91. a. E. 93. a. B. *sumtum pro veritate propositionis, idem est quod verum, non autem id, de quo propositio vera formari potest.* 37. a. B. C. D.
Ens nominaliter sumtum quid? 37. b. B. *complectitur entia actu & entia potentiâ.* ibid. C. *participialiter sumtum quid?* ibid. B. *per se quid?* ibid. a. E. *per se & per accidens quid Suarezio?* 76. a. F. b. D. *rationis quid?* 37. b. D. *reale quid?* ibid. *potentia absolutè & ἁπλῶς non est ens.* ibid. *Continetur sub ente nominaliter.* ibid. C.

Enſis & gladius diſtinguuntur ratione ratiocinata. 86. b. B.
ἐντελέχεια malè à Cicerone vertitur continuata motio. 49. a. E. (94. a. D.
Enthymema eſt Syllogiſmus eſſentialiter imperfectus.
Entia cum appoſitò vel ſecundum quid. 37. b. C.
Entis vox non ſumitur pro communi conceptu entis, & aliquibus inferioribus tantùm. 35. a. D.
Entis deſcriptio quorundam refutatur. 39. a. A.
Entis diſtinctio in ens per ſe, & ens ut ſignificat veritatem propoſitionis. 37. a. A. *in ens participiale & nominale.* ibid. b. B. *in ens reale & rationis.* ibid. D.
Entis oppoſitum eſt non ens. 38. a. C. *Synonymum non eſt eſſentia.* 36. b. E. *non definitio.* ibid. F. *non forma.* ibid. *non quidditas.* ibid. *non terminus.* ibid.
Entis principia dari Ariſtoteles cum dicit, quomodo intelligendum? 39. a. C.
Entis propria, paſſiones, affectiones vel attributa andentur? 40. a. C. *ſunt dupliciа* ibid. D. E.
Entium per ſe enumeratio. 77. a. C. D. ſeqq. *per accidens enumeratio.* 87. a. E.
Entitativus actus quid? 51. a. A. *eſt idem quod exiſtentia.* ibid.
ἔγον aliquando opponitur actioni & functioni muneris, aliquando ſumitur pro ipſamet actione vel functione muneris. 50. a. B. C.
Eſſe actu & actum, differunt. 51. b. B. (a. A.
Eſſe circa mentis operationem dicitur dupliciter. 38.
Eſſe in multis actu, non eſt de eſſentiâ univerſalis. 82. a. B. (b. E.
Eſſe potentiâ quæ importet? 48. b. E. 50. a. E. & 51.
Eſſe potentiâ, & eſſe potentiam, aut etiam habere potentiam, differunt. 48. b. E.
Eſſentia quid? 40. a. B. *eſt aliquid reflectivum.* 36. b. E. *non eſt entis ſynonymum.* ibid. *idem aliquando notat Philoſopho, quod forma.* 61. b. F.
Eſſentiale totum quid? 80. a. B. *eſt vel Metaphyſicum, vel Phyſicum.* ibid.
Eſſentialis diſtinctio quid ac inter quæ ſit? 87. a. C. D.
Eſſentialiter bonum quid? 91. a. E. *non habet oppoſitum aliquod malum.* ibid. F. 93. a. B. *ſed ita omne ens eſt bonum.* ibid.
Eſſentialiter perfectum quid? 54. a. C.
Eſſentialiter ſubordinatæ cauſæ quæ? 72. b. B. *quô ſenſu poſſint dici cauſæ ſociæ vel partiales?* 70. a. E. *ſtrictiſſimè ſumendô cauſam partialem, earum nulla eſt partialis, ſed quævis totalis.* ibid. b. D. E.
Exemplar dicitur Ariſtoteli forma, & refertur ad cauſam formalem. 60. a. B. *eſt forma impropriè dicta, vel quaſi forma.* ibid. b. C. *forma dicitur ratione repræſentationis, non ratione entitatis.* ibid. E. *eſt forma practica.* ibid. B. *ratione entitatis ſuæ non eſt in re, cujus eſt exemplar.* ibid. D. *propriè tantùm ad agentia per intellectum pertinet.* ibid. a. F. *quid ſit?* ibid. B. *eſt vel internum, vel externum.* ibid. *quæ utriuſq; definitio.* ib. C.
Exercitus eſt totum diſſimilare. 80. a. A.
Exercitus actus quid? 51. b. A.
Ex hypotheſi neceſſitas quæ? 73. a. B. b. C. D. *non excludit contingentiam.* ibid.
Exiſtentia eſt idem quod actus entitativus, 51. a. A. *quid ſit?* ibid. *accuratè definiri nequit.* ibid. B. *in genere non rectè deſcribitur id, per quod aliquid eſt extra ſuas cauſas.* ibid. C. *rectiùs autem deſcribitur id, quô aliquid dicitur eſſe extra nihil.* ibid.
Exiſtentia & ſubſiſtentia differunt realiter. 78. b. E. *faciunt compoſitionem realem.* ibid.
Exiſtere actu in multis non eſt de eſſentia univerſalis.
Expedientiæ neceſſitas quæ? 73. a. C. (82. a. B.
Exquiſitè ob finem agere quid ſit? 65. a. A. *ita ob finem agit in naturalibus ſolus homo.* ibid. *non autem pueri.* ibid. B. *necti, quorum rationi appetitus dominatur.* ibid.
Extenſio formæ quid? 77. a. F.
Externa cauſa efficiens quid? 55. b. D.
Externa forma dicitur exemplar. 60. a. A.
Externa forma alió ſenſu ſumta quid? 60. b. C.
Externum & internum in diviſione cauſæ ſumi poſſunt dupliciter. 55. b. F.
Externum exemplar huid? 60. a. C.
Externum principium quid? 53. b. D.
Extra cauſas eſſe quid? 51. a. B.
Extrema non debent eſſe entia rationis in compoſitione rationis. 78. b. C. *debent autem diſtincta eſſe ſola ratione.* ibid.

F.

Facere ex tali poteſtate tale actu dicitur dupliciter. 59. a. E.
Facere ut aliquid operetur quid? 71. b. A.
Faciens perfectum eſt perfectum ſecundariò. 94. a. B.
Facientes unum ſunt unum impropriè. 76. a. B.
Facultas vel potentia qualis pars? 81. b. C.
Falſæ res quomodo dicantur? 90. a. A. *ut ita dicantur, quæ requirantur?* ibid. C.
Falſitas deſcribitur à Philoſopho per componere quæ diviſa, & dividere quæ compoſita ſunt. 89. a. F. *propriè & per ſe eſt in ſecunda mentis operatione.* ib. b. D. *abſolutè & intrinſecè denominat compoſitionem & diviſionem intellectus.* ibid. E. *cum appoſitores.* ibid.
Falſum non opponitur veritati in conceptibus ſimplicibus. 89. b. D.
Falſum in Philoſophia quod eſt, in Theologia verum eſſe nequit. 90. b. B.
Faſiculus vel faſcis vinculô continuus, an rectè continuus dicatur? 75. a. C.
Fides non eſt habitus naturalis. 47. b. F. *non eſt cauſa ſine qua non ſalutis.* 68. a. C.
Figura eſt forma externa. 60. b. D.
Filius in divinis non eſt aliud à Patre. 42. b. E. 53. a. F.
Finis accipitur dupliciter. 62. b. F. 63. a. A. B. *conſideratur dupliciter.* 67. b. C. *præſtantior eſt eô, cujus eſt finis.* 66. a. D. *quomodo in omni re ſit ultimum?* 66. b. A. *eſt cauſa etiam dum non eſt* 64. a. F *exercet cauſalitatem ſuam in intentione.* ibid. *non eſt cauſa impropriè dicta, licet habeat cauſalitatem, actionem vel motionem impropriè dictam.* ibid. b. C. D. *in intentione eſt cauſa.* 67. b. C.

b.C. *in executione non causa est, sed effectus.* ibid. *non movet per potentiam activam.* 64. a.E.
Finis & efficiens sunt principia externa. 53. b. D. *non possunt dici elementa.* 58. a. C. *non possunt constituere ens per se.* 77. a. A.
Finis aliquid ut sit, sufficit, si sit bonum apparens. 63. b. B. *& bonum jucundum.* ibid.
Finis formale & materiale. 63. b. F.
Finis causalitas consistit in motione agentis ad agendum. 64 a. A. *dicitur motio Metaphorica.* ibid. C. F. *dicet sit motio vel actio Metaphorica, non tamen est causalitas Metaphorica.* ibid. b. C.
Finis causata non dicuntur finita. 63. a. C. *sunt ea, quæ sunt propter finem.* ibid. *suntque tùm res, tùm actiones.* ibid.
Finis ratio causandi est bonum. 63. a. D.
Finis definitio. 62. a. F. *distinctio in finem cujus & cui.* 65. b. E. *in finem actu, & finem potentiâ.* 68. a. F. *in universalem & particularem.* 71. b. F. *in finem qui est operatio, & qui est res facta.* 66. a. A. *in finem operationis & rei factæ.* ibid. D. *in formalem & objectivum.* ibid. b. B. *in efficiendum & obtinendum.* ibid. F. *in ultimum & intermedium.* 67. a. C. F.
Finis consecutione perfectum quid? 94 a. A.
Finis cujus & cui quid propriè? 65. b. C. *possunt in unum coincidere.* ibid. E. F. (B.
Finis efficiendus semper intervenit in obtinendô. 67. a.
Finis objectivus & obtinendus sæpè coincidunt, ut & formalis ac efficiendus. 67. a. B. *objectivus Logicæ est veritas, formalis veritatis cognitio.* 66. b. F.
Finis operationis an idem quod finis, qui est res facta, & finis rei factæ idem quod finis, qui est operatio? 66. a. E. F. *operationis potest esse etiam alia operatio, & rei factæ etiam alia res facta.* ibid.
Finis quando est operatio, fit bifariam. 66 a. B.
Finis ratione necessarium quid? 73. a. B. *ab Aristotele specialiter dicitur necessarium ex hypothesi.* ibid. *est duplex.* ibid. C.
Fonseca refutatur 53 b E.
Forma consideratur bifariam. 56. a. E. *non est entis synonymum.* 36. b. F. *Philosopho aliquando idem est quod essentia.* 61 b F. *dat esse rei.* 59. a. B. *dat esse formaliter ac immediatè, non ut efficiens.* ibid. E. *est actus, faciens ut per unionem sui cum materia fiat certum ens actu.* ibid. C. *quatenus forma non agit.* 46. b. C.
Formâ differre est ratione differre Aristoteli. 86. b. C.
Formæ causalitas est unio ejus cum materia. 59. b. C. *causatum dicitur formatum.* ibid. A. *ratio causandi est ipsa forma substantia.* ibid. C.
Formæ definitio Aristotelica. 59 a. A. *Autoris* ibid.
Formæ distinctio in internam ac externam. 60. a. A. *aliô sensu in internam ac externam.* ibid. b. C. *in informantem ac adsistentem.* ibid. E. *in substantialem ac accidentalem.* 61. a. A. *in simplicem ac cõpositum,* ibid. D. *in totalem & partialem.* ibid. b. A. *in formam partis ac formam totius.* ibd. D. *in materialem ac immaterialem.* 62. a. A. *in specificam & genericam.* ibid. b. A.
Formæ dependentia à materia in esse secundum ejus potentiam passivam est causalitas materiæ respectu formæ in factô esse. 57. a. B.
Formæ diminutio quid? 77. a. F. *extensio quid?* ib. *gradus quid?* ibid. b. B. *intensio quid?* ibid. a. F. *latitudo quid & quotuplex?* ibid. b. B. C. seqq. *remissio quid?* ibid. a. F.
Forma accitendalis constituit ens per accidens. 61. a B. *unica in compositô dat plura prædicata essentialia.* 62. b. B. C.
Forma adsistens nõ est forma propriè dicta. 60. b. E.
Forma externa dicitur exemplar. 60. a. B. *refertur ad formam.* ibid. *est forma impropriè dicta, vel quasi forma.* ibid. b. C. *dicitur forma ratione repræsentationis.* ibid. E. (b. B.
Forma interna est forma propriè dicta. 60. a. A.
Forma informans est forma propriè dicta. 60. b E.
Forma materialis est causatum materiæ tàm quà esse absolutum, quàm quà respectivum. 56. b. D. *habet materiam ex quâ.* 58. a. A. *dependet à materia in esse.* 62. a. A *in fieri* ibid. B *& in operari.* ibid. *educitur ex potentia materiæ* ibid. C.
Forma partialis & totalis dantur solùm in totô quantitativô dissimilari. 61. b. C.
Forma partis dicitur dupliciter. 61. b. D.
Forma potentiâ an detur? 93. a. E.
Forma separata quid Aristoteli? 50 b. B.
Forma simplex non omnibus modis est simplex. 61. a. E. *constat ex partibus quantitativis, & est divisibilis.* itid *quædam etiam ex gradibus,* ib *simplex autem dicitur, quia non est composita ex partibus diversarum rationum.* ibid. F.
Forma substantialis indirectè & ut pars pertinet ad prædicamentum substantiæ. 61. a. B. *omnem præter animã rationalem aliqui dicunt esse accedens.* ibid. C.
Forma totius dicitur dupliciter. 61. b. D. *intransitivè sumpta est ipsum totum.* ibid. B.
Formæ tot numero an sint in composito, quot sunt prædicata essentialia? 62. b. A. B. *plures realiter distinctæ ut sint in aliquo composito, nõ est impossibile.*
Formæ ratione necessarium quid? 73. a. A. (ibid. E.
Formale & materiale finis? 63. b. F.
Formale subjectum in disciplinis quid? 34. a. F.
Formalis actus quid? 51. a. A.
Formalis distinctio quid? 87. a. E.
Formalis ex naturâ rei distinctio Scotistarum quid? 87. b. B. *statuitur genus medium inter distinctionem realem & rationis.* ibid. a. F. *ponitur etiam in divinis* ibid b. C. *impugnatur.* ibid. D. E. *refragatur summæ simplicitati Dei.* ibid.
Formalis finis quid? 66. b. C. *sæpè coincidit cum efficiento.* 67. a. B. (*malis.* 90. a. F.
Formalis ratio non est posterior re, cujus est ratio for-
Formalis ratio boni non consistit in appetibilitate. 90. a. F. *boni in se spectati consistit in perfectione.* 91. a.
Formaliter dare esse quid? 59. a. E. (A. 95. a. C.
Formaliter perfectionem aliquam alicui inesse quid?
Formaliter spectatum bonum quid? 91. b. F. *malum quid?* 92. b. F.
Formativa potentia in homine non potest dici libera per participationem. 44. a. C. *Frigus*

Frigus est potentia, ut potentia sumitur transcendentaliter. 41. b. E. *est in certâ qualitatis specie.* ib. C.

G.

Generativa potentia in homine non potest dici libere per participationem. 45. b. C.
Genere idem quæ? 85. a. B. *diversa quæ & quotuplicia?* ibid. b. E. *multa quæ?* 76. b. C. (*re.* 78. b. E.
Genere generalissimo diversa maximè differunt genere.
Genere unum quæ? 75. b. A. *generalissimo tantùm.* ib. B. *non generalissimo tantùm, sed & subalterno.* ib. C. *hoc q, vel proximo vel remoto.* ibid.
Genus Metaphysicæ est scientia Theoretica. 33. b. F.
Genus transcendit speciem prædicatione seu quoad latitudinem prædicandi. 33. a. D. *respectu speciei & pars & totum est.* 81. a. A. B. *ablatâ specie non fit mutilum.* 80. b. A. *est vel generalissimum, vel subalternum.* 75. b. B. *subalternum iterum vel proximum, vel remotum.* ibid. (86. b. B.
Gladius & ensis distinguuntur ratione ratiocinante.
Gradus formæ quid? 77. b. B. (*lem.* 78. b. E.
Gradus per intensionem faciunt compositionem realem.

H.

Habens perfectum dicitur perfectum secundariò. 94. a. B.
Habentes unum sunt unum impropriè. 76. a. B.
Habere potentiam, & esse potentiâ, differunt. 48. b. F.
Habitus non sunt potentiæ naturales. 47. b. F.
Heterogeneum totiùs quid? 61. b. B. (*pliciter.* 49. b. C.
Hominem animâ rationali destitui, est impossibile simpliciter.
Homini si tres inesse dicuntur animæ realiter distinctæ, nihil sequitur impossibile. 62. b. E.
Hominis finis ultimus objectivus est Deus, formalis visio Dei beatifica. 66. b. C. (*tia.* 85. b. D.
Homo & brutum propriè non sunt diversa, sed differentia.
Homo adhuc hodiè est essentialiter homo. 94. b. B. *per naturam suam est corruptibilis.* ibid. *inter res corporeas solus habet potentiam liberam & liberum arbitrium.* 44 b. C. *idque secundum quam animæ potentiam?* ibid. E. F. & p. seq. *solus in naturalibus agit ob finem primariò perfectè vel exquisitè.* 65. a. A. *non fit mutilus exsectâ parte aliquâ internâ* 80. b. D. *nec resectis unguibus vel capillis.* ibid. *non malus est, quod careat perfectione Angelicâ.* 93. a. A.
Homo doctus cur non possit esse ens per se? 77. a. B.
Honestum bonum quod? 92. b. C. *est bonum rationis sui.* ib. D. *idem quod bonum morale.* ib. A. *est etiam bonum jucundum.* ibid. C. *iterum est duplex.* ib. E
Humana natura est imperfecta & perfecta. 94. a. E. b. B. *an in angelis sit eminenter?* 95 b. A. *citra mentis operationem in multis individuis est multiplicata.* 82. b. D. *est in iis divisâ numero solùm, non essentialiter.* 84. a. A. (*tiâ.* 78. b. F.
Humana natura in Christo est absq; propria subsistentiâ ex Hypothesi necessarium quid. 73. a. B. b. C. D. *non excludit contingentiam.* ibid.

I.

Jacobus Martini refutatur. 79. a. D.
Jaculum emissum agit ob finem secundariò. 65. a. C.
Javellus refutatur. 43. a. F.
Idem sumitur bifariam. 84. a. E. *relativè sumtum ab uno distinguitur.* ib. F. *negativè sumtum quid?* ib. *importat negationem divisionis ab alio, aut etiam à seipso.* ibid. *importat unitatem plurium.* 85. a. C.
Idem & diversum dividunt omne ens. 84. a. D.
Idem aliquid dicitur vel per accidens, vel per se. 84. b. D. *per se idem vel est numero, vel specie, vel genere, vel analogiâ.* 85. a. A. B.
Idem facientes dicuntur unum impropriè. 76. a. B.
Idem passi dicuntur unum impropriè. ibid. & 85. a. F.
Identitatis cognata sunt similia & æqualia. 85. a. C.
Ignis, aër, aqua atq; terra non sunt elementa simpliciter. 58. a. F. *sintne in mistis actu, an potentiâ?* ib. b. E.
Ignorantiæ aut malæ causæ indicium est, strictiorem vel latiorem vocis significationem crepare, nec tamen quid eâ veniat, posse ostendere. 41. a. A.
Ignorare vel non tangere aut nõ concipere aliquid, opponitur veritati in conceptibus simplicibus. 89. b. D
Illuminationis conclavis causa sine qua non est remotio valvarum. 68. b. E.
Immaterialis formæ quæ sit natura? 62. a. E.
Immediata & proxima causa videntur idem. 70. b. E. *quid sint?* ibid. F.
Immediata vel proxima causa efficiens est duplex. 71. a. A. *immediata immediatione virtutis quid Conimbricensibus?* ibid. *immediata immediatione suppositi quid?* ibid. B. & b. E. *immediata immediatione virtutis nonnunquam est simul mediata mediatione virtutis.* ibid. B. (a. B.
Imperare alicui, & imperare pro aliquo differunt. 32.
Impossibile aliquid dicitur bifariam. 94. b. A.
Impossibile est, rẽ quando est potentiâ, esse actu. 51. b. E.
Impossibile est, unionem inter duo esse sine alterius unione. 56. b. C.
Impossibile est idem simul esse & non esse, & primum & universalissimum cognitionis principium, quod etiam sic enunciatur: duo contradictoria non possunt esse simul vera. 32. b. B. 39. a. C.
Impotentia unde dicatur? 49. a. A. *sumitur triplici-*
Impropriè unum quid? 76. a. B. (*ter.* ibid.
Inanimatis quo sensu competat libertas? 43. b. C.
In certo genere finis ultimus quid? 67. a. D.
Incompletæ substantiæ quid? 77. a. D. *quænam?* ibid. & seqq. *sunt entia per se.* ibid. C.
Incomplexa veritas nõ est veritas. 90. b. A.
Incomplexis an rectè tribuatur necessitas? 72. a. E.
Indivisio constituit rationem formalem unius. 74. b. D. *in compositis notat privationem.* ibid. F. *in simplicibus negationem.* ibid. E.
Indivisorum differentia. 74. b. D.
Inesse multis actu nõ est de essentia universalis. 82. a. B.
Influo quid significet in definitione causæ? 53. b. B.
Informans forma est forma propriè dicta. 60. b. E. *quid sit?* ibid.
Informare materiam importat imperfectionẽ quandam. 46. b. B. *importat unionem formæ cum materia.* ibid. *non est potentiæ purè activæ.* ibid. C. *non cadit in Deum.* ibid. B. *non pertinet ad omnipotentiam.* ibid. (94. a. B.
Injuriarum contemtus quomodo dicatur perfectus?
Instrumenta quæ omnia dicantur? 55. a. A. B. C. D. E. F.
Instrumenta artium effectiva quid ac quæ? 55. a. D. E.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [213] - -

Instrumenta disciplinarum. ibid. F.
Instrumentalis causa efficiens quid? 54. b. D. *non est prorsus idem cum instrumento.* ibid. B. *non est absque actu secundo.* 55. a. A.
Instrumentum latiùs patet quàm causa instrumentalis. 54. b. F.
Instrumentum aliquid esse potest, ut tn. nullam habeat vim vel potentiam agendi. ibid. *an possit esse ejus pars cujus est instrumentum?* 55. a. B. C.
Integrale totum quid? 79. a. E. *cur dicatur quantitativum?* ibid. F. *est duplex.* ibid. b. C. & 61. b. A. *similare quid?* 79. b. C. *dissimilare quid?* ibid. F.
Integralis pars quid? 80. a. F. *est vel similaris vel dissimilaris.* ib. & b. E. *vel quæ metitur totum, vel quæ non metitur totum.* 81. b. A. *vel principalis, vel secundaria.* 91. b. A.
Intellectus non est formaliter liber. 44. b. E. *licet sit visus impropriè dictus, non tamen est potentia impropriè dicta.* 64. b. D. *est potentia obedientialis respectu visionis Dei beatificæ.* 48. a. D.
Intellectus & voluntas si sunt accidentia, anima cum iis sumta est ens per accidens. 77. a. B. b. A.
Intelligibilis materia quid Thomæ? 35. a. B. 57. a. E. *quid Aristoteli?* 35. b B. 57. b. A. *considerantur à Ma-*
Intensio formæ quid? 77. a. F. *(thematico.* ib. a. E.
Intermedius finis quid? 67. a. E. *est simul finis & medium* ibid. *certò respectu est quoque finis ultimus,* ibid. b. A.
Interna causa efficiens quid? 55. b. D. *an detur?* ib. E.
Interna forma dicitur dupliciter. 60. a. A. b. C. *est forma propriè sic dicta.* ibid.
Internum & externum in divisione causæ sumuntur dupliciter. 55. b. F.
Internum exemplar quid? 60. a. C.
Internum principium quid? 53. b D.
Intra causas esse quid? 51. a. B. (b. B.
ἰσοδυναμοῦντα distinguuntur ratione ratiocinante. 86.
Jubere refertur ad causam mediatam mediatione virtutis. 71. b. A.
Jucundum bonum quid? 92. a. C. *est bonum ratione sui.* ibid. D.

L.

Lapis & vinum non sunt unum materiâ sensibili remotâ. 75. a. E. (E. F.
Laterna necessitate materiæ transmittit lumen. 72. b.
Latitudo formæ quid? 77. b. B. *est vel uniformis, vel difformis, & quid utraque?* ibid. C. D. E. *difformis est vel uniformiter difformis, vel difformiter difformis.* ibid. *difformiter difformis iterum est vel uniformiter difformiter difformis, vel difformiter difformiter difformis.* ibid. F. & 78. a. A.
Libera causa quid? 55. b. B.
Libera potentia quot modis dicatur? 43. b. B. C. D. *quid sit propriè?* 44. a. A. *quo modo naturalis possit dici?* 48 a. A. *dividitur in ordinatam ac absolutam.* 45. a. D. *ejus subjectum quodnam?* 44. b. C.
Libera potentia alia formaliter ac per essentiam, alia per participationem. 44. b. F.
Liberè agere quid sit? 65. a. A. *competit in naturalibus soli homini.* ibid.
Libertas sumitur tripliciter. 43. b. B. *quo sensu competat brutis & inanimatis, quove iis denegetur?* ib. C.
Libertas ut opponitur necessitati, duplex. 43. b. D. (D.
Libertas exercitii seu contradictionis quid? 43. b. E. *cur ita vocetur?* ibid. *contrarietatis seu quoad speciem actus quid, & cur ita vocetur?* ibid. E. F.
Liberum arbitrium inter res corporeas habet solus homo. 44. b. C. *& quidem ejus voluntas.* ibid F.
Literæ dicuntur elementa. 58 a. E.
Loci ex quibus multa argumenta possunt desumi, dicuntur Elementa. 58. b. E.
Locomotiva potentia in homine non potest dici libera per participationem. 45. a. B.
Logicæ finis objectivus est veritas, formalis, veritatis cognitio. 66. b. F. (72. b. E. F.
Lumen necessitate materiæ transmittitur à laterna,

M.

Maccovius refutatur. 39. a. A. (rà. 75. a. B.
Magis continuum est, quod est continuum natu-
Magnes est causa mediata attractionis ferri factæ ab acu. 71. a. E. (A.
Magnitudo est materia intelligibilis Aristoteli. 57. b.
Malæ causæ, aut ignorantiæ indicium est, strictiorem vel latiorem vocis significationem crepare, nec tamen quid eâ veniat, posse ostendere. 41. a. A.
Malum bono opponitur, 92. b. E. *est vel in se, vel alteri.* ibid. *in se formaliter spectatum consistit in privatione perfectionis ineſſe debitæ.* ibid F. *materialiter consideratum est id, quod caret perfectione ineſſe debitâ.* 93. a. A. *malum essentialiter non datur.* ibid. B. &. 91. a. E. *malum substantialiter quid?* 91. a. F. *accidentaliter quid?* 93. a. B. *culpæ quid?* ibid. *pœnæ quid?* ibid. *tertium inter culpæ ac pœnæ malum an detur?* ibid. b. C. D. (93. a. A.
Malus non est homo, quòd caret perfectione angelicâ.
Malum, qua malum, finem esse, non est absurdum. 63. a. F.
Malum simul & bonum aliquid esse potest 62. a. F.
Manus cur homini debeantur? 58. b. C. D. *sunt instrumenta animæ, & partes corporis.* 55. a. C.
Materia est ens potentiale. 59. a. B. *quatenus materia, passiva est.* 56. b. F. *ab elemento quomodo differat?* 59. a. B. *ejus nomen cur quantitati tribuatur?* 57. b. A
Materiæ causalitas tùm respectu compositi, tùm respectu formæ in fieri est passio. 56. b. E. *respectu eorum in facto esse Svarezio est unio ejus cum forma.* ib. F. *respectu formæ in facto esse est dependentia hujus in esse à materia, secundum ipsius potentiam passivam.* 57. a. B.
Materiæ causatum tùm forma, tùm compositum, & utrumq; tàm in fieri, quàm in facto esse. 56. a. D. *primarium est compositum, secundarium forma.* ib. E.
Materiæ definitio Aristotelica. 56. a. B. *Autoris.* ib. D.
Materiæ divisio in sensibilem & intelligibilem. 57. a. C. *in materiam ex qua, in qua, & circa quam.* ibid. b. D. *in materiam universalem & particularem.* 71. b. F.
Materia ex qua sola sibi vendicat definitionem materiæ. 57. b. D. *dicitur bifariàm.* 58. a. A. *dividitur in permanentem ac transeuntem.* 57. b. D.

Meta-

Materia ex qua & in qua potest esse unum & idem, cum respectu ejusdem, tùm respectu diversorum causatorum. 57. a. F. & 58 a. A.
Materia circa quam dicitur aliàs objectum. 58. b. A. *item subjectum occupationis vel circa quod.* ibid.
Materia intelligibilis considerabatur à Mathematico. 57. b. A. *accuratè ab Aristotele descripta non est.* ib. a. C. *quid sit secundum Aristotelem?* ib b. A. & 53. b. B. *quid secundum Thomam?* 35 à. B. 57. a E.
Materiæ primæ potentia non spectat ad ullam qualitatis speciem. 41. b. D. *est vel universalis vel particularis.* 47. a. D.
Materiam primam, secundum quod subjacet quantitati, materiam intelligibilem esse Thomas docuit. 35. b. B. 57. a. E.
Materiam sensibilem Aristoteles non definit. 57. a. C. *quid sit secundum Aristotelem?* ibid. D. & 35. b. A.
à Materia sensibili abstracta à reipsâ quæ? 35. b B. *non abstracta quæ?* ibid. C. *abstracta ratione quæ?* ib.
à Materia sensibili abstracta non reipsâ, sed tamen abstracta ratione à materia sensibili singulari & universali quæ? 35. b D.
à Materia sensibili singulari vel individuâ abstracta non reipsâ, sed tantùm ratione quæ? ibid.
Materiâ unum duplex. 75. a. D. *est.* ibid.
Materiâ multa quæ? 76. b B. *sunt duplicia.* ibid.
Materiæ ratione necessarium quid? 72. b. E. *dicitur Aristoteli etiam necessaritum necessitate ex hypothesi.* 73 a. B.
Materiale & formale finis. 63. b F. (
Materiale subjectum in disciplinis quid? 34. a. E.
Materiale esse, & spiritum esse, implicat. 36 a. A.
Materiales formæ omnes sunt causatæ materiæ, tàm quoad esse respectivum, quàm quoad absolutum. 56. b. D. *dependent à materia in esse.* 62. a. A. *in fieri.* ibid. B. *& in operari.* ibid. *educantur ex potentia materiæ.* ibid.
Materialiter seu in concreto bonum quid? 91. a D. *est tale vel essentialiter, vel accidentaliter.* ibid. *Vazquezio vel essentialiter, vel substantialiter, vel accidentaliter.* ib. *vel simpliciter, vel secundum quid; aut cum appositò.* ibid. b. D. *vel propter aliud, vel per se.* ibid. E.
Materiam informare importat unionem formæ cum materia. 46. b B. *non pertinet ad objectum omnipotentiæ, quæ est purè activa.* ibid.
Mathematicæ disciplinæ excellent aliàs ratione modi tractandi. 31. a. B. *sunt inferiores Metaphysicâ ratione objecti.* ib. C. *versantur in accidentibus, nec attingunt rationem substantiæ* ibid D. *considerant ea, quæ ab omni materiâ sensibili sunt abstracta, tàm singulari, quam universali ratione.* 35. b. E. 57. b. C.
Matrimonium est finis efficiendus. 67. a. B. (D.
Mediata causa & causa remota videntur idem. 70. b. E. *quid sit utraque?* ibid. F.
Mediata efficiens quid? ibid. *est duplex* ibid. *mediata mediatione suppositi quæ dicatur?* 81. a. B. *mediata mediatione virtutis quid?* ibid. F. *quid sit Conimbricensibus?* ibid. A. *quatenus talis non est vera causa physica.* ibid. b. D. *nonnunquam est simul immediata immediatione virtutis.* ibid. B.
Medicamenta sunt res facta, quorum finis est sanitas etiam res facta. 66 b B.
Medicina quare præstantior Pharmaceuticâ? 31. b. A.
Medici finis cujus est sanitas, finis cui æger. 65. b. B.
Medicus causa mediata visionis est in eo, in quo visum vel conservat, vel causat. 71. a. E.
Medium potest esse finis & qualis? 67. a. F.
Mendoza refutatur. 42. b. D.
Mentiri defectum & imperfectionem importat, à deo, sub omni potentiam non cadit. 46. b. F.
μετὰ idem interdum quod post, interdum quod trans, vel sub, super. 32. à. E. (64. a. D.
Metaphorica motio, & metaphoricè movere quid?
Metaphorica motio licet sit causalitas finis, ideò tamen finis causalitas non dicenda causalitas Metaphorica. 64. b. C. D.
Metaphysica unde dicatur? 32. a. E. *dici potest quasi post physica seu postnaturalis.* ib. *& hoc quare?* 33. a. A. *vel quasi trans- aut supranaturalis.* ibid. B E. *& hoc quare?* ibid. *ab Erasmo dicta est scientia transmundana.* 33. a. B. *inventa est post Physicam, & quare?* 32. à. E. F. 33. a. A. *ab Aristotele & aliis vocatur scientia Theologica.* ibid. b. A. & 31. a. E. *scientia ἀρχιτεκτονικὴ.* ibid. F. *scientia maximè princeps, cui cæteras tanquam ancillas non decet contradicere.* ibid. *domina omnium.* ibid. b. A. *aliarum scientiarum principissa & regina.* 32. a. D. *prima Philosophia.* 31. a. F. *Sapientia.* ib. b. B. *non est congeries omnium scientiarum.* 25. a. A. B. *habet caput rerum præstantissimarum & honore dignissimarum.* 33. b. C. *ratione modi tractandi non admodum excellit inter disciplinas alias, sed cedit etiam scientiis Mathematicis.* 31. a. B. C. *ratione objecti verò excedit scientias Mathematicas.* ibid D. *est disciplinarum omnium præstantissima.* ibid. E. & b. D. *præstantissima simpliciter.* ibid D. F. *scientia universalissima.* 33. b. E. *cognoscit finem omnium disciplinarum imò omnium rerum.* 31. b. C. *quæ considerat, considerat solùs scientia causâ.* 34. a. A. *considerat ea, quæ transcendunt res physicas, & ita sunt superiora tàm perfectione, nobilitate ac causalitate, quàm prædicatione* 33 à B. C. D. E. b. E. *considerat ens in suâ latitudine, & quatenus ens est.* 32. b. A. *prima & universalissima cognitionis principia.* ibid. & 33. a. F. *universalissima cujus attributa.* 32. b C. *substantias separatas Deum & Intelligentias, quas in sensus non incurrunt.* 33. a. A. *primam omnium causam DEUM* ibid. F *universalissimos conceptus, & res universalissimas aliàs, quæ per omnes disciplinas se diffundunt.* ibid. & 34. b. F. *res præstantissimas & honore dignissimas.* 33. b. C. *non agit de DEO, ut sacro-sancta Theologia.* ib. A. *quomodo agat de eo?* ibid. & 31. a. E. *cur agat de ente in genere, ejusque attributis, non autem de substantiis corporeis, figuris, &c?* 36. b. A.
Metaphysicæ necessitas ex ejus utilitate conspicitur. 32. à. D. *utilitas fundatur in ejus generalitate vel universalitate.* ibid. b. A. *in omnibus disciplinis vel facultatibus est summa.* ibid. D.
Metaphysicæ nomen apud Aristotelem non legitur. 33. à. E. *est*

a.E. *est tamen ejus discipulorum ac vetustissimorum interpretum.* ibid.
Metaphysicæ genus est scientia. 33.b.F. *& quidem scientia contemplatrix.* ibid.
Metaphysicæ objectum adæquatum ens quà ens esse, pervulgatissima sententia statuit. 34.b.A. *non autem esse, ostenditur.* ib.D.E.F.& pag.seq. *an fuerit sententia Aristotelis?* 36.b.B. *esse ens re & ratione à materia sensibili abstractum, demonstratur.* 35.b.A. *sub illud quæ revocentur?* 37.a.A.
Metaphysicæ partes duæ, communis & specialis. 36.b.
Metiri totum pars quæ dicatur? 81.b.A. (b.D.
Minus continuum est, quod arte est continuũ. 75.a.B.
Minus perfectè vel exquisitè ob finem agere quid sit? 65.a.A. *ita agunt bruta.* ibid.
Minus principalis pars quæ? 91.b.A. *potest dici accidens.* ibid.C.
Mirandulanus refutatur. 35.a.A.B.
Modalis distinctio quid ac inter quæ sit? 88.a.B. *quomodo realis & quomodo non?* ibid.b.A.B. *nec ab Aristotele, nec à vetustioribus Scholasticis, est tradita.* 87.b.E.
Modi ejusdem rei distinguuntur modaliter, sed modi diversarum rerum realiter. 88.a.C.
Modus quid? 87.b.F.88.a.A.
Modus considerandi in disciplinis quid? 34.A.F.
Morale bonum quod? 92.b.A. *idem est quod honestum.* ibid.
Moralis causa quid? 54.a.D. *secundum analogiam saltem causa efficiens dicitur.* ibid.b.C. *an ei competat definitio causæ efficientis?* ibid.a.F.
Moratus benè vel malè dici nequit, qui benè vel malè coquit cibum. 92.b.A.
Mors quomodo finis operum impudicitiæ & injustitiæ dicatur Apostolo? 63.a.A. *quomodo finis vitæ?* ib.
Mors Sanctorum pro nomine Christi quomodo bonum quid? 91.a.C.
Mortales vitâ æternâ donare Deum posse, falsò negavit Plinius. 45.b.E.
Motio agentis à fine quomodo fiat? 64.a.A.
Motio Metaphorica quid? 64.a.C. *licet sit causalitas finis, ideò tamen finis causalitas non dicitur causalitas Metaphorica.* ibid. b.C.D.
Motus definitur Aristoteli per ἐντελέχειαν. 49.a.F. *ἐντελέχεια secunda.* ibid.
Motus primo-primi quomodo liberi.? 93.b.A.
Movere propriè & impropriè seu Metaphoricè quid? 64.a.D.
Movere alium quomodocunq; ad aliquid patrandum, refertur ad causam mediatam mediatione virtutis. 71.b.A.
Multa quid? 76.b.A. *sunt vel continuitate.* ibid.B. *vel subjectô aut materiâ indifferenti formâ sensibili.* ibid. *vel numerô.* ibid.C. *vel specie.* ibid. *vel genere.* ibid. *vel analogiâ.* ibid.
Multa & unum aliquid diversâ ratione esse potest. ibid.A.
Mutilum opponitur toti. 89.b.A. *ad illud quæ requirantur tàm ratione subjecti, quàm ratione ablatæ partis?* ibid.A,B.C.D.

N.

Natura non est entis Synonymum. 36.a.F.
Naturâ continuum est magis continuum. 75.a.B
Naturæ necessitate necessarium quid? 72.b.D.
Natura divina licet sit in tribus personis, non tamen est aliquid universale. 82.b.C.
Natura humana est perfecta & imperfecta. 94.a.E. b.E. *in angelis non est eminenter.* 95.b.A. *in multis individuis citra mentis operationem est multiplicata.* 82.b.D. *est in iis divisa non essentialiter, sed numerò.* 84.a.A. *in Christo est absq; propria subsistentia.* 78.b.F.
Naturâ notiora quæ? 32.b.E. (
Naturale agens non potest suspendere actionem, quandiu adsunt requisita ad agendum. 44.b.A. *agit ad extremum suarum virium.* ibid.B. *propriè non dicitur habere exemplar.* 60.a.F.
Naturale bonum quod? 92.a.E.b.B.
Naturalia omnia agunt ob finem, sed diversimodè. 65.a.F.& b.A.
Naturalis causa quid? 55.b.C. (
Naturalis potentia dicitur tripliciter. 47.b.F. *ut opponitur obedientiali, quid sit?* ibid.E. *ut opponitur liberæ quid?* 44.a.A. *an possit agere contraria?* ibid.D.E.F. *agit pro ultimò suo posse.* ibid b.B.
Nauta est navis forma adsistens. 60.b.E.
Necessaria pars quantitativa quæ? 91.b.A. *ablata non reddit totum mutilum.* 80.b C.91.b.A.
Necessarium quid? 72.a.D. *distinguitur in complexum & incomplexum.* ibid. *in tale simpliciter, & tale secundum quid.* ibid F. *in id, quod nullam, & quod aliquam suæ necessitatis habet causam.* ibid.b.E *in tale necessitate absolutâ, & necessitate ex hypothesi.* 73.b.C. *in tale necessitate consequentis, & necessitate consequentiæ.* ibid. A.B.
Necessarium ratione materiæ quid? 72.b.E. *ratione formæ.* 73.a.A. *ratione efficientis.* ibid. *ratione causa finalis seu ex hypothesi.* ibid.B. (73 b.D.
Necessarium ex hypothesi non excludit contingentia.
Necessarium ad obtinendum aliquid id est, sine quô ipsum obtineri nequit. 73.a.D.
Necessarium ad aliquid obtinendum quod non est, id sine eô obtineri potest. ibid.& b.A.
Necessitas an rectè tribui possit incomplexis? 72.a.E.
Necessitas absoluta & naturæ. 72.a.F. *ex hypothesi.* 73.a.B. *ad esse & ad benè esse.* ibid.C. *expedientiæ.* ib. *consequentiæ & consequentis.* 73.b.B. *absoluta & ex hypothesi.* ibid.C.
à Necessitate ad causalitatem non valet consequentia.
Negativa distinctio realis quæ? 86.a.D. (73.b.A.
Negativè sumtum idem quid? 84.a.F. *importat negationem divisionis ab alio, aut etiam à seipso.* ibid.
Negativum quid sit? 37.a.F 40.b.B.
Nihil an idem quod non ens? 38.a.C.D. *sumitur interdũ latissimè.* ib.b.B. *opponitur τῷ aliquid.* ib.a.E.
Nihil est in intellectu, quod non priùs fuerit in sensu.
Nobis seu quoad nos notiora quæ? 32.b.E. (32.b.E.
Nominaliter acceptum ens quid? 37.b.B. *complectitur entia actu & entia potentia.* ibid.C.
Non coordinatæ causæ quæ? 72.b.C.
Non ens est entis oppositum. 38.a.C. *an idem quod Nihil?* ibid.C.D. *sumitur dupliciter.* ibid.b.D.

Non

Non purus actus quid? 50. b. F.
Non subordinatæ causæ quæ? 72. b. B. *sunt nonnunquàm coordinatæ, nonnunquàm non coordinatæ.* ibid. C.
Notiones nominibus subjecta in omni disputatione debent esse notæ, aut, si de iis non constat, explicari. 40. b. F.
Notiora naturâ, & notiora nobis seu quoad nos. 32. b. E.
Numerò idem quæ? 85. a. B. *diversa quæ?* ibid. & b. E. *multa quæ?* 76. b. C. *unum quæ?* 75. b. E. *sunt in triplici differentiâ.* ibid. F. *cum unò omninò an eadem?* ibid.
Numerus ablata unitate non fit mutilus. 80. b. B.
Nutritiva potentia in homine non potest dici libera per participationem. 45. a. C.

O.

Obedientialis potentia quid? 47. a. E. *non est in Deo.* 48. a. F. *non omnis est passiva.* ibid. B. C. D. *activa exemplum.* ibid. D. E.
Obedientialis potentia & illa potentia, quæ obedientialis traducitur in actum differunt. 48. b. A.
Objectiva potentia Scoti. 41. a. E. 43. a. B. *ab Aristotele tradita non est.* ibid. *non potest cognosci ignorato hoc, quod Deus possit aliquid producere ex nihilo.* ib. *sumitur dupliciter.* ibid. *distinguitur à passiva.* ibid. D. *non potest impugnari à Thomistis.* ibid. b A.
Objectivè in intellectu esse quid? 37. b. E. *dicitur dupliciter.* ibid.
Objectivus finis quis? 66. b. C. *sæpè coincidit cum obtinendo.* 67. b.
Objectum propriè dictum quid? 34. a. C. *dicitur aliàs materia circa quam.* 58. b. A. *item subjectum occupationis vel circa quod.* ibid. *specialius dictum quod?* 34. a. D. *est vel adæquatum vel inadæquatum.* 58. b. A. *adæquatum quod propriè?* 34. a. D. E. *adæquatum terminat limites disciplinæ.* 35. a. E. *habet duas partes.* 34. b. E. 58. b. A.
Objectum Metaphysica adæquatum. Vide *Metaphysica objectum.*
Obtinendus finis quid? 67. a. A. *sæpè coincidet cum objectivo.* ibid. B.
Occupationis subjectum quid? 58. b. A.
Oculus & pars & totum est, respectu diversò. 80. b. F.
Oleum & vinum sunt unum materia sensibili remota. 75. a. E.
Omissionis peccatum quid? 93. a. C.
Omne, à quò omnipotentia derivatur, quò sensu sumatur? 45. b. D.
Omninò unum, & numerò unum an sint idem? 75. b. E. F.
Omnipotentia unde dicatur? 45. b. D. *est potentia purè activa.* 46. a. F. *continet sub se potentiam ordinatam, & est idem quod potentia absoluta absolutè sumta.* ibid. C. *ejus objectum non est impossibile.* 46. a. B.
Omnipotentiæ divinæ nihil detrahitur per hoc, quod Deus aliqua non potest. 32. b. B.
ὁμοιομερὲς *totum quid?* 61. b A. 79. b C.
Operandi virtus nonnunquàm aliter datur ab aliquo, ita ut ab eo non conservetur. 71. a. E. *nonnunquam conservatur, etiamsi non fuerit data.* ibid. *nonnunquam datur & conservatur ab eodem.* ibid. F.
Operatio intellectus an sit ens reale & citra intellectum? 38. a. B.
Operationis finis potest esse etiam alia operatio. 66. a. F.
Opposita possunt dici de eodem in diversâ acceptione. 81. a. C.
Oppositum entis est non-ens. 38. a. C.
Opus est præstantius operatione & magis finis tunc, quando præter operationem etiam aliquod opus finis est. 66. a. C.
Ordinata potentia quid secundum Thomam? 45. a. E. *quid secundum Scotum?* ibid. F. *comprehenditur sub potentia absoluta absolutè sumta.* ibid. b. C.
Ordinata & absoluta potentia in Deo nonnisi ratione differunt. ibid. A. B.
Ordo doctrinæ desumitur à meliori notitiæ cognitione. 68. a. C.
Ossa non sunt elementa corporis. 58. a. D.

P.

Pars essentialis quid? 81. b. C. *integralis vel quantitativa.* 80. a. F. *est vel similaris vel dissimilaris.* ibid. *vel quæ totum metitur, vel quæ totum non metitur.* ib. b. A. *secundaria vel necessaria.* 91. b. A. *potentialis quæ?* 81. b. D. *subjectiva quæ?* ibid. *minus principalis vel secundaria potest dici accidens.* 91. b. C.
Pars & totum unum idemque esse potest cum respectu diversò, tùm eòdem. 80. b. F. & 81. a. A. B. C.
Pars quæ totum metiri dicatur, & quæ non? 81. b. A. B.
Pars interna exsecta hominem non reddit mutilum. 80. b. D.
Partes dissimilares & sentium dicuntur instrumenta. 55. a. B. *sunt materia corporis, non elementa.* 58. a. B C. D.
Partes Metaphysicæ duæ, communis & specialis. 36. b. D.
Partialis forma quid? 61. b. A.
Partialis & totalis forma distinguuntur saltem in toto quantitativo dissimilari. ibid. C.
Partialis causa sumitur dupliciter. 70. a. E. *strictiùs sumta quid?* ibid. F. *qualibet per se illum effectum, cujus ratione alterius simul concurrentes causa partialis dicitur, potest producere.* ibid. b. C.
Participiale vel participaliter acceptum ens quid? 37. b. B. *continetur sub ente nominaliter sumtò.* ibid. C. *est ens absolutè & simpliciter.* ibid. D.
Particularis efficiens quid? 72. a. A. *determinat & limitat universalem.* ibid. b. A.
Particularis finis. 71. b. F. *materia* ibid.
Partis forma dicitur dupliciter. 61. b. D.
Parvum & ad multa utile dicitur elementum translatitiè. 58. b. E.
Passi idem unum dicuntur impropriè. 76. a. B. *dicuntur similes.* 85. a. F.
Passiva potentia quid Aristotelis? 42. a. B. *quid Mendozæ?* ibid. b. D. *dicitur etiam aliquando objectiva.* 43. a. B. *item subjectiva & receptiva.* ibid. C. *malè à quibusdam in objectivam & subjectivam dividitur.* 48. b. A. *passiva purè qua?* 46. a. F. *passiva & activa simul qua?* ibid. *passiva simpliciter qua?* 48. b. C. *passiva benè ac perfectè qua?* ibid. *passiva universalis quid?* 47. a. D. *particularis quid?* ibid.
Pater an divinis non est causa Filii. 53. a. F.
Patientes unum sunt unum impropriè. 76. a. B. 85. a. F.
Peccatum an positivum possit dici, sumtâ voce positivum non exquisitè, sed in quâdam latitudine? 40. b. F. & 41. a. A. B. *nec formaliter, nec eminenter est in Deo.* 95. b. C.
Penna scriptoria agit ob finem secundariò. 65. a. C.
Per accidens idem dictum tùm in terminis simplicibus, tùm compositis. 84. b. D. (a. D.
Per accidens & per se aliquid quot modis dicatur? 76.
Per se idem vel est idem numerò vel specie, vel genere, vel analogiâ. 85. a. A. B.
Per se perfectum dicitur aliquid vel in quantitate, vel virtute, vel consecutione finis. 94. a. A.
Perfectè ob finem agere quid? 65. a. A. *competit in naturalis soli homini.* ibid. *non autem pueris.* ibid. B. *nec iis, quorum appetitus rationi dominatur.* ibid.
Perfectio constituit rationem formalem boni. 91. a. A.
Perfectio simplex & secundum quid vel in hoc aut illo quid? 94. a. D.
Perfectio cum imperfectione conjuncta quæ? ibid. E.
Perfectionem aliquam alicui formaler aut eminenter inesse quid sit? 95. a. C.
Perfectiones quæ sunt in creaturis, omnes in Deo aut formaliter sunt, aut eminenter. 95. b. B. C.
Perfectum dicitur vel primariò & per se, vel secundariò. 93. b. F. 64. a. A. *primariò vel in quantitate, vel virtute, vel consecutione finis.* ibid.

Perfectum essentialiter & accidentaliter. ibid. B.
Permanens materia quid? 57. b. E.
Personæ divinitatis differunt inter se realiter, & ex mente Aristotelis etiam ratione. 87. a. E.
Persuadere est finis ultimus non simpliciter, & in certo genere 67. a. D.
Philoponus memmit causæ per accidens. 69. b. E.
Physica ante Metaphysicam inventa, & quare? 32. a. F. 33. a. A. *considerat ea, quæ à materiâ sensibili singulari ratione sunt abstracta.* 35. b. E.
Physica causa quid? 54. a. D. *magis est causa efficiens quàm moralis,* 54. a. F. (F.
Pictura rectè dicitur homo pictus, utut non sit homo. 68. b.
Pili abscisi non faciunt hominem mutilum. 80. b. D.
Platonici refutantur. 62. a. F.
Plinius refutatur. 54. b. E.
Plura prædicata essentialia quomodo arguant plures formas in composito? 62. b. D.
Plures formas realiter distinctas esse in aliquo composito, non repugnat. 62. b. E.
Plutarchus refutatur. 45. b. E.
Πνευματικὴ *vel* πνευματολογία *an peculiaris & à Metaphysica distincta scientia?* 36. a. D.
Pœna accipitur bifariàm. 39. b. D.
Politica dum disciplina maximè princeps ab Aristotele dicitur, quomodo intelligendum? 31. b. E. F. *non imperat sapientiæ, sed prudentiæ.* 32. a. C.
Positivum quid sit? 37. b. A. 40. b. C. *ut à Philosophis sumitur, opponitur privativo & negativo.* 41. a. B. *perfectionem aliquam importat.* 94. a. E. *à quibusdam in tale sumtum exquisitè, & in quâdam latitudine distinguitur.* 40. b. E. F.
Possibile est objectum potentiæ. 45. b. F. *dicitur dupliciter.* ibid. *absolutè & sine appositò quid?* 46. a. A. *cum appositò quid?* 45. b. F. *quodnam sit objectum omnipotentiæ,* 46. a. B. b. F. *sumitur vel ut opponitur tantùm impossibili, vel ut opponitur nè tantùm impossibili, sed & necessario.* 46. a. D. *quomodo æquipolleat contingenti.* 73. b. A.
Potentiâ esse quæ importet? 48. b. E. F. 50. a. E. 51. b. F.
Potentiâ esse, & potentiam esse, aut etiam potentiam habere, differunt. 48. b. E.
Potentiâ causa quid? 68. a. C.
Potentiâ forma an detur? 68. a. E.
Potentia vox apud Aristotelem impropriè & magis propriè sumitur. 41. a. D. *secundum Thomam accipitur dupliciter.* ibid. b. E.
Potentia propriè dicta an ad secundam speciem qualitatis referenda? 41. a. F. *judicatur ex suo objecto.* 45. b. F. *actus quomodo opponatur?* 51. b. D. *aliqua potest dici actus.* ibid. a. E.
Potentia divisio in activam ac passivam. 41. b. F. *in purè activam, purè passivam, & activam vel passivam simul.* 46. a. F. *in activam ac passivam simpliciter, & activam vel passivam benè ac perfectè.* 48. b. B. *in universalem ac particularem.* 47. a. B. *in proximam ac remotam* ibid. E. *in naturalem ac obedientialem.* ib. b. E.
Potentia absoluta. Vide *Absoluta potentia.*
Potentia activa quid Aristotelis? 42. a. A. *quid Mendoz &* ibid. b. D. *quid Auctoris,* ib. *competit Deo.* 41. b. D. *dividitur in naturalem ac liberam.* 43. b. B. *in universalem ac particularem.* 47. a. B. C.
Potentia Dei non spectat ad ullam qualitatis speciem. 41. b. D. *creativa non continetur sub potentia activa Aristotelis.* 42. b. C.
Potentia Dei Patris, quâ ab omni æternitate genuit Filium, non est activa. 42. b. E. F.
Potentia informandi materiam non est activa. 46. b. C.
Potentia ingenita & acquisita quæ? 47. b. F.
Potentia libera. Vide *Libera potentia.*
Potentia Logica quæ? 41. a. E.
Potentia materiæ primæ non spectat ad ullam speciem qualitatis. ibid. b. D.
Potentia Mathematica quæ? 41. a. D.
Potentia naturalis. Vide *Naturalis potentia.*
Potentia obedientialis. Vide *Obedientialis potentia.*
Potentia objectiva Scoti. vide *Objectiva potentia.*
Potentia ordinata. Vide *Ordinata potentia.*
Potentia passiva. Vide *Passiva potentia.*
Potentia prædicamentalis quæ? 41. b. E.
Potentia transcendens quæ? 41. b. E.
Potentia una est alterâ remotior. 47. b. C.
Potentia una diversorum actuum respectu & remota & proxima esse potest. ibid. D.
Potentias animæ animæ partes vocat Aristoteles. 80. a. D.
Potentia nutritiva, augmentativa, generativa, formativa & locomotiva in homine non possunt dici liberæ per participationem. 44. a. B. C.
Potentia aut facultas qualis pars? 81. b. C.
Potestativum totum quid? 81. a. D.
Practica instrumenta quæ? 55. a. F.
Præcipere alicui, & præcipere pro aliquo, differunt. 32. a. B
Prædicata plura essentialia quomodo plures arguant formas? 62. b. D.
Præstantia & dignitas disciplinarum vel ex objecto, vel ex modo tractandi sumitur. 31. a. B.
Præstantior disciplina ratione objecti quæ? ibid. C.
Præstantior disciplina alterâ ea est, quâ habet ac cognoscit illius finem ultimum. ibid. b. A.
Prima causa efficiens quid ac quæ? 56. b. A.
Prima & universalissima cognitionis principia quæ? 32. b. A. 39. b. E. *in ea omnis nostra cognitio resolvitur.* 38. b. B. *sis quod adversatur, est falsissimum.* ibid. *dicuntur caput rerum præstantissimarum & honore dignissimarum.* 33. b. C. *non possunt demonstrari, sed evidentia sunt ex ipsis terminis.* 39. b. E.
Primæ demonstrationes dicuntur elementa demonstrationum sequentium. 58. b. C.
Primariò ob finem agere quid sit? 64. b. F. *fit dupliciter.* ibid. *ita ob finem agunt animalia.* ibid. & 65. a. A.
Primariò perfectum tale vel est in quantitate, vel virtute, vel consecutione finis. 94. a. A.
Primum punctum lineæ est principium sed nè causa. 53. a. D.
Primum unum quæ? 75. b. F.
Primus & secundus actus explicantur dupliciter. 51. a. E.
Principalis efficiens quid? 54. b. A.
Principalis pars quæ? 91. b. A. *ablata non reddit totum mutilum.* ibid. & 80. b. C.
Principiatum est correlatum principii. 53. b. E. *definiri potest dupliciter.* 54. b. A.
Principium quid secundum Thomam? 52. a. A. *quid secundum Aristotelem?* ibid. B. *latiùs patet quam causa,* 53. a. C. *est genus omnium causarum,* 59. a. B. *distinguitur in principium essendi & cognoscendi,* 52. a. E. *in principium quod, & principium quo.* ibid. b. C. *in causale & non causale,* 53. a. C. *in internum & externum.* ib. b. C
Principium causale idem est quod causa. 53. a. E.
Principium essendi sumitur bifariàm. 52. a. F.
Principium fiendi quomodo etiam principium essendi sit, & quomodo non sit? 52. b. A.
Principium quo præsupponit principium quod. 53. a. B.
Principium quod & quo non semper distinguuntur. 53. a. A
Principium quod semper datur, quod non sit simul principiũ quo. 53. a. B. *utplurimùm est natura aliqua, aut forma, vel etiam pars integralis, aut instrumentũ.* 52. b. E.
Privatio in Physicis principium est, non causa. 55. a. D.
Privativum quid? 73. a. F. 40. b. A.
Propositio categorica eòdem cum conditionali compositionis genere est composita, sed simplex est respectu certi generis rerum. 79. b. A. B.
Propositio negativa etiam est vera. 37. a. D. (B.
Propositiones materia Syllogismi suæ, non elementa. 58. a.
Propriè & reverà bonum honestum quod? 92. a. E.
Proxima causa, & causa immediata, videntur idem. 70. b. E. *quid sint?* ibid. F.
Proximâ materiâ unum quæ? 75. a. D.

Proxima potentia quid? 47.a.E. *ejus varia exempla.* ib.&
Proximo genere unum quæ? 75.b.C. (b.A.B.C.
Pueri non agunt ob finem exquisitè & perfectè. 65.a.B. *agunt more brutorum.* ibid.
Purus actus quid? 50.b.E.

Q.

Qualitates quatenus inserviunt substantiis, sunt instrumenta. 55.a.D.
Qualitatum propriè est similitudo. 82.a.F. 83.a.E.
Quantitas cur materia dicatur? 57.b.A. *cur intelligibilis?* ibid.B.
Quantitas continua ejusq; partes sunt materia intelligibilis secundum Aristotelem. 35.b.B. 57.b.A.
in Quantitate perfectum quid? 94.a.A.
Quantitatum propriè est æqualitas. 82.a.F.
Quantitativa pars quid? 80.a.F. *est vel similaris vel dissimilaris.* ibid.& b.F. *vel quæ metitur totum, vel quæ totum non metitur.* 81.b.A. *vel principalis, vel minus principalis.* 91.b.A.
Quantitativum totum quid? 79.a.E. *cur ita vocetur?* ib. F. *est duplex.* ibid.b.C.& 61.b.A.
Quidditas non est entis Synonymum. 36 b.F.
Quoad nos seu nobis notiora quæ? 32.b.E.
Quodlibet est aut non est, est primum cognitionis principium. 22.b.B. *effertur etiam sic, inter duo contradictoria non datur medium.* ib. R.
Ratio contingens quid? 74.a.A. *est duplex.* ibid.
Ratio causandi efficientis est potentia activa. 63.a.D.
finis est bonum. ibid. *formæ est ipsa forma substantiæ.* 59 b.C. *materiæ est potentia passiva.* 63.a.D. (90.a.F.
Ratio formalis nō est posterior re, cujus est ratio formalis.
Ratio formalis boni non consistit in appetibilitate. 90.a.F. *in se spectati consistit in perfectione.* 91.a.A. (b.E.
Ratio duarū diversarum rerum potest esse unū quid. 59.
Ratio formalis eductionis formæ materialis è potentia materiæ consistit in dependentiâ ipsius in fieri à materia, nec ad eā pertinet dependentia in operari. 61.a.D.
Rationis compositio quid? 78.a.E. *quæ exigat?* ibid.b.C.
Ratio distinctio. vide *Distinctio rationis.* (b.E.
Ratio sub qua aliquid est finis, semper est bonū quid. 63.
Realis compositio quid? 78.a.E. *quæ exigat?* ibid. F. *ejus quatuor species vel modi.* ibid.b.D.E.
Realem compositionem in Deo statuunt Scotistæ, dum attributa divina ab invicem & à divinâ essentia formaliter ex naturâ rei distingui asserunt. 87.b.C.D.
Realis distinctio quæ? 86.a.C. *quæ Scholastici?* ibid.D. *est duplex.* ibid. *ejus signa.* ibid.E.F. *sumitur dupliciter.* 88.b A.B. *generaliter sumta, a modalem sub se complectitur.* 86.a.C.& 88.b.A. *specialiter sumta à modali differt.* ib.
Relativè sumtum idem ab uno distinguitur. 84.a.F. (B.
Remissio formæ quid? 77.a.F. (*quid sint?* ib.F.
Remota causa, & causa mediata, videntur idem. 70.b.E.
Remotâ materiâ unum quæ? 75.a.E. (b.A.B.C.
Remota potentia quid? 47.a.E. *ejus varia exempla.* ib.&
Remoto genere subalterno unum quæ? 75. b. C.
Requisita ad agendum quid? 44.a.A.
Rerum diversarum modi distinguuntur realiter. 88.a.C.
Rerū duarū diversarū potest esse una ratio formalis. 59.bE
Res quid? 88.a.A. *cum nullâ aliâ, etiam non cum seipsâ comparata, est una.* 84.a.F. *nulla mala est essentialiter.* 91.a.E. 93.a.B. *quæ est finis, potest esse mala.* 63.b.F. *quæ est ob finem, est causatum finis.* ib. a. C. *quando est potentia, impossibile est ut sit actu.* 51.b.E.
Res considerata in disciplinis quid? 34.a.E. (63.b.F.
Res quæ est finis, & ratio sub qua est finis, distinguenda.
Respectivè sumtum singulare etiam universale esse potest.
Respublica est totum dissimilare. 80.a.A. (84.b.C.
Revera bonum honestum quod? 92.a.E.

S.

Sanitas est Medici finis cujus. 65.b.B. *est finis ultimus in Sapientia quid sit?* 33.b.B. (*certò genere.* 67.a.D.
Sapientia vel sapientis est, audiri ab aliis, & præscribere quid facto opus sit, non verò audire alios, vel pati, ut ab aliis sibi præscribatur. 32.a.B.C.
Scaliger refutatur. 39.a.D. *contradicit sacris literis.* ib.E.
Scholastici distingui realiter & ratione quid? 86.a.D.& b.B.
Scientia est rerum universalium. 35.b.E. *est perfectio simplex.* 94.a.F.b.A. *est vel Theoretica, vel practica.* 33.b.F *aliò sensu etiā triplex, theoretica, pract. & effectiva.* ib.
Scientia Theoretica quid sit? 34.a.A. *est genus Metaph.* 33.b.F.
Scoti sententia de potentia absolutâ ac ordinatâ præfertur sententiæ Thomæ de iisdem. 45.a.D. *Ejus an sit distinctio formalis ex naturâ rei?* 87.a.F.
Scotistæ duplicem faciunt distinctionem, alteram ex naturâ rei, alteram rationis. 87.b.A. *priorem ex natura rei iterum dividunt in realē & formalem, formalemq; adhibent etiam in divinis.* ibid.A.B.C. *refutantur.* ibid. D.E. *tollunt summam simplicitatem Dei.* ibid.
Secunda causa efficiens quid ac quæ? 56. b.A.
Secundaria pars quæ? 91.b.A. *potest dici accidens.* ib.C.
Secundario ob finem agere quid dicatur? 65.a.C. *est in duplici differentia.* ibid.
Secundariò perfectū quid & quot modis dicatur? 94.a.A.
Secundus & primo actus explicantur dupliciter. 51.a.E (a.B
Sensibilis materia. vide *Materia sensibilis.*
Separabilia aliqua dicuntur dupliciter. 86.a.F.
Separabilitas est evidens signum distinctionis realis. 86.
Separata forma quid Aristoteli? 50.b.B. (a.E.
Σιδηρόξυλον *quid notet?* 37 b.F.
Signa distinctionis realis quæ? 86. a.E.F.
Signatus actus quid? 51.b.A. (*demitur.* 80.b.C.
Similare totū quid? 61.b.A. *non fit mutilum, si pars ab eō*
Similaris pars quid? 80.b.E.
Simile est Ejusdem cognatum. 85.a.C.
Similia quæ propriè 82.a.F. 85.a.D. *eorum modi.* ib.F. *dicuntur etiam de substantiis.* ibid. (b.A.
Similitudo & analogia differunt. 75.a.F. *est duplex* ib. &
Simplex & indivisum est, & indivisibile, 74.b.D. 78.a.C. 79.a.A. *est tale vel absolutè, vel secundum quid & certa ratione.* ibid.B.
Simplex accidens quid? 77.a.D.
Simplex forma quid? 61.a.C.D. vide *Forma simplex.*
Simplex perfectio quid? 94. a.D.
Simplices concepctus habent veritatem analogicè. 89.b.B.
Simplices termini qui? 84.b.E. *sideranda putant.* 41.a.C.
Simplicia entis attributa quæ? 40.a.D. *ea aliqui prius cō.*
Simpliciter bonum quid? 91.b.D.
Simpliciter dicta perfectio quid Anshelmo? 94.b.C.
Simpliciter necessarium quid? 72.a.F.
Simpliciter similia quæ? 85.a.D.
Simpliter ultimus finis quid? 67.a.C.
Sine quâ non determinat nomen causæ alienandō. 69.a.B.
Singulare quid sit? 84.b.B. *opponitur universali contradictorie.* ibid.C. *sumitur dupliciter.* ibid. *certo respectu etiam universale esse potest.* ibid.
Socia causa sumitur dupliciter. 70. a. E. *strictiùs sumta quid?* ibid. F.
Sol habet calorē eminenter. 95.a.D. *ut moveatur, non simpliciter, sed necessitate naturæ est necessarium.* 72.b.D.
Solitaria causa sumitur dupliciter. 70.a.E. *strictiùs sumta quid?* ib.b.D.
Soncinas refutatur. 43.a.F.
Specialis pars Metaphysicæ de quibus agat? 3.6b.D.
Species transcendit individua quoad latitudinem prædicati. 33.a.D. *respectu generis & pars & totum est.* 81.a. A.B. *ablata genus non reddit mutilum.* 80.b.A.
Specie differre est ratione differre Aristoteli. 86.b.C.
Species diversa quæ? 85.b.F. *idem quæ?* ibid.a.B. *multa quæ?* 76.b.C. *unum quæ?* 75.b.D.
Specie subalternâ quæ unum sunt, pertinent ad unum genus subalternū. 75.b.D.
Spiritum esse, & materiale esse, est contradictio. 36.a.A.
Spiritus creati non sunt actus puri. 50.b.E.
Statua marmorea quomodo totum similare? & quomodo dissimilare? 79.b.E.
Status hominis primus fuit supernaturalis. 94.b.B.
Suarezius veritatē in prima mentis operatione, peculiari modo tamē in secunda esse ait. 88.a.F. *refutatur.* ib.
Suadere refertur ad causam mediatam mediatione virtutis. 71.b.A.
Subalternō genere unum quæ? 75.b.C. *sunt duplicia.* ibid.
Subjectiva pars quæ? 81.b.C.
Subjecto multa quæ? 76.b.B. *sunt duplicia.* ibid.

Sub-

Subjectô unum quid? 75.a.D. *est duplex.* ibid.
Subjectum disciplinarum, objectum & materia circa quam idem. 34.a.C.58.b.A. vide *Objectum.* (A.
Subjectum inhæsionis & occupationis aut circa quod. 58 b.
Subjectũ Metaphysicæ adæquatũ. vid. *Metaphysicæ objectũ.*
Subordinata causa talis est vel essentialiter, vel accidentaliter. 72.b.B.
Subsistentia & existentia differunt realiter. 78.b.E. *faciunt compositionem realem.* ibid.
Substantia incompletæ & completæ, hæ tàm simplices, quàm compositæ sunt entia per se. 77.a.C.
Substantiæ separatæ transcendunt res naturales nobilitate ac perfectione. 33.a.C.
Substantialis forma quid? 61.a.A. *pertinet ad prædicamentũ substantiæ indirectè & ut pars.* ib.B. (*idem* ib.
Substantialiter bonũ quid Vazquez 1o? 91.a.F. *malũ quid*
Summa genera distincta sunt, non differentia. 85.b.C.
Syllaba non sunt elementa. 58.a.E.

T.


Temporis ratione tantùm raro contingens quid? 74.a. A. *numeratur inter necessaria.* ibid.B.
Temporis & causæ ratione simul raro contingens quid? ib.
Tenebræ sunt aliquid privativum. 40. b. A. *duo significant, alterum in recto, & alterum in obliquo.* ibid.D.
Termini simplices qui? 84.b.E. *compositi qui?* ibid.F.
Terminus non est entis Synonymum. 36. b.F.
Terra. vide *Elementa Physica.*
Themistius meminit causæ per accidens. 69.b.E.
Themistius, Averrhoës, & alii statuunt, animam rationalem esse formam hominis adsistentem. 60.b.F. 61.a.A.
Thesauri inventio quomodo raro contingens? 74.a.B.
Thomas de Aquino refutatur. 35.b B. 37.a.B. 57.a.E. 88.a. E. *ejus sententia de potentiâ ordinatâ ac absolutâ.* 45.a.
Thomas de Vio Cajetanus refutatur. 37.a.B. 88.a.F. (E.
Timplerus refutatur. 65.b.C. (*quid sit?* b.b.D.
Totalis causa sumitur dupliciter. 70.a.E. *strictus sumta*
Totalis forma quid? 61.b.A.
Totius forma. vide *Forma totius.*
Totũ sumitur dupliciter. 79. a. C. *ut opponitur partibus quid?* ib.E. *integrale vel quantitativum quid?* ib. *essentiale quid?* 80.a.B. *universale quid?* ib.C. *potestativũ*
Totum adæquare quid sit? 81.b.A. (*quid?* b.B.
Totum metiri pars quæ dicatur? 81. b. A. *non metiri quæ dicatur?* ibid.B.
Totum quantitativum est duplex. 61.b.A. 79.b.C.
Totũ & pars unum idemq; esse potest, cum respectu diverso, tùm eòdem. 80. b.F. & 81.a.A.BC.
Totum similare non fit mutilum si pars demitur. 80. b.C.
Transiens materia quid? 57. b.E.
Transcendere aliquid prædicatione vel quoad latitudinem prædicandi quid sit? 33.a.C. (33.a.B.
Transcendere res naturales aliquid dicitur dupliciter.

V.

Vazquez tres modos boni ponit. 91.a.D. *conciliatur cũ Auctore.* ibid.b.B.C. (*dario.* 65.a.E.
Venenum à scorpione vel vipera emissũ ob finẽ agit secundùm.
Vera res quomodo dicantur? 90.a.A.
Veritas in complexam ac incomplexam à quibusdã dividitur. 90.a.F. *incomplexa non est Veritas.* ibid.b.A.
Veritas est finis Logicæ objectivus, ejus autem cognitio finis formalis. 66.b.F.
Veritas in primâ mentis operatione nõ est. 88.b.D. *probatur auctoritate Philosophi.* b.b.D.E.F. & 89.a.A. *ratione.* ib.B. *potest a. dici ibi esse impropriè.* ib.b.B. *non est immediate in intellectu, sed mediantibus conceptibus.* ib.a.D. *describitur Philosopho per componere quæ composita, & dividere quæ divisa sunt.* ib.F. *propriè & per se est in secundâ mentis operatione, & illi respondente oratione enunciativâ.* ib. b. D. & 88.a.E. *absolutè & intrinsecè denominat compositionem & divisionem intellectus.* 89.b. E. *cũ appositô denominat res.* ib. *nõ rectè dicitur complexa.* 90.b.A. *est una & eadem semper & ubivis.* ib. B. *malè in Theologicâ & Philosophicâ ab aliquibus dividitur.* ib. *an complexâ non est Veritas nisi impropriè dicta.* ib.A.
Verũ entis attributũ esse, nõ potest firmiter probari. 40.a.
E. F. *non fuit sententia Aristotelis.* 80.a.F. *ob universalitatem tamen suam consideratur à Metaphysico.* ib. *non ad propositionem affirmativam tantùm est restringendum, sed est etiam in propositionibus negativis.* 37.a.D.
Verum in Theologia quod est, in Philosophiâ falsum esse nequit, & contrà 90.b.E.
Verum bonum sumitur dupliciter. 92. b. C. *strictùm sumtum est tantùm honestum.* ibid.D.
Videns & cæcus unius idemq; dici potest. 81.a.D. (C.D.
Virginem parere Verum & Theologo & Philosopho. 90.b.
Virtualiter perfectionem aliquâ alicui inesse quid? 95.a.
Virtus agendi. vide *Agendi Virtus.* (C.
Virtute perfectum quid? 94.a.A.
Visio est ratio formalis & videntis, & visi. 59.b.F. *est finis oculi, & operatio talis, per quam non efficitur aliquod opus.* 66.a.B. *dicitur Vera improprie.* 89.b.B.
Visio Dei beatifica est actus vitalis intellectus. 48.a.D. *est finis hominis ultimus formalis.* 66.b.C.
Visus sumitur dupliciter. 64.b.D. (C.
Vitiata Virgo est falsa Virgo, sed Vera Virgo vitiata. 90.a.
Vitiosus homo est malus accidentaliter. 91.b.B. 93.a.A.
Vltimus finis quid? 67.a.B. *est duplex.* ibid.C.
Vnicum aliquando idem quod unum. 74.a.D.
Vniformis forma latitudo. vide *Latitudo formæ.* (b.C.
Vnio formæ cũ materiâ est causalitas formæ in facto esse 59
Vnionem inter duo esse sine alterius unione est impossibile. 56. b.C.
Vnita unione vel naturali, vel artificiali. 78. a. B. b. B.
Vnitas & communitas sunt de ratione universalis. 81.b.F.
Vnitas repertæ omni numero adæquatur. 81.a.A.
Vniversale tribuitur complexis & incomplexis. 81.a.E. *opponitur singulari contradictoriè.* 84.b.C. (ib.
Vniversale in causando quid? 81.a.E. *in prædicando quid?*
Vniversale aliquod ut sit, quæ requirantur? 81.b.F. *actu in multis ut sit, non est necesse.* 82.a.B.C. (*rectè.* 84.b.C.
Vniversale & singulare aliquid diversò respectũ esse po-
Vniversalia sunt in rebus extra mentis operationem. 82. b.D. *probatur prolixè.* pag. 83.
Vniversalis efficiens quid? 72.a.A. *finis quid?* 71.b.F. *materia quid?* ib. *causa quid?* 55.a.5. (*causa quid?* ib.
Vnivoca causa & effecta univocum quando dicatur? 54.b.D
Vnivocorũ definitio non continere debet divisionem aut particulam disjunctivam. 52.a.C.
Vnum est aliquid absolutum. 64.a.F. *sumitur dupliciter.* 74.a.D. *ut affectio entis quid?* ib.E. & 82.a.E. *distinguitur in unum per se & unum per accidens.* 75. a. A. 75.a. A. *dicitur elementum translatitiè.* 58. b.E.
Vnum analogiâ quæ? 75.a.F. (*minus.* ib.B.
Vnum continuũ quid? ib.a.A. *est vel magis continuum, vel*
Vnum genere quæ? 75.b.B. *iterum subdividuntur.* ib. (D.
Vnum in multis aliquid esse potest duobus modis. 82.b.C.
Vnum numerò quæ? 75.b.D.E. *dicuntur unum omnino.* ib. *tres eorum sunt modi.* ibid.
Vnum per accidens Aristoteles non definivit. 75.a.A. *ejus duo sunt modi.* ibid.
Vnum per se est unum vel propriè, vel impropriè. 75.a.A. *ejus quod per se proprie unum est, varia genera.* ib. & seq. *ejus quod unum per se improprie est, modi.* 76.a.A.
Vnum primum quid? 75.b.F. (B.C.
Vnum specie quæ? 75.b.F.
Vnum subjecto quæ? 75.a.D. *sunt duplicia.* ibid. (A.
Vnum & multa aliquid diversâ ratione esse potest. 76.b.
Vnum aliquid potest esse ratio formalis duarũ diversarũ rerũ. 59.b.E. *potest esse causa duarum diversarum rerũ.* 60.a.A.
Voluntas est potentia activa & passiva. 43.a.A. 64.a.B. *est formaliter libera, & adæquatùm libertatis subjectum.* 44.b.F. *est lib. per essentiam.* ib. *quo sensu naturalis possit dici.* 48.a.A.
Voluntas & intellectus si sunt accidentia, anima cum iis sumta est ens per accidens. 78.a.B.b.A. (58.b.E.
Vtile ad multa & parvũ dicitur elementum translatitiè.
Vtile bonũ est bonum ratione alterius. 92.a.A. *consistit in denominatione extrinsecâ.* ib. *comparatur vel cũ fine, vel*
Vtplurimum contingens quid? 73.b.F. (*cum subjecto.* ib.B.
Z. (a.D.
Zabarella explicatur. 74.b.A.B.C. *refutatur.* 41.a.F. 76.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32 Leibn. Marg. 32, [220] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [221] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [222] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [223] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32,Leibn. Marg. 32, [224] - -

GWLB Hannover 35
Sig.: ZEN 409

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [225] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [226] - -

GWLB Hannover 35
036 854 409

116 (1)

— 3 05
IV
— 2°

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [227] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [228] - -


Leibn.
Marg
32

ZEN-Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [229] - -